Université Toulouse II – Jean Jaurès

UFR d'histoire, histoire de l'art et archéologie

La Devèze : un domaine de l'Hôpital de Toulouse à Balma (XII^{e} – XIV^{e} siècles)



Volume 2. Édition des actes

Brandon Robidet

Master 2 – Mondes Médiévaux

Sous la direction de Roland Viader

Septembre 2025

Illustration : ADHG, H Malte Toulouse 117

Normes de l'édition

Les normes de l'édition de ce corpus suivent celles prescrites par Monique Vielliard et Olivier Guyotjeannin dans leurs *Conseils pour l'édition des textes médiévaux*[1]. Chaque acte est composé des éléments suivants :

Le numéro d'édition. Une nouvelle numérotation, spécifique à notre corpus, a été mise au point. Celle-ci respecte deux règles principales qui l'amènent à différer de la numérotation du classement des archivistes. La première est celle de la classification par acte juridique. Le classement initial est, en effet, réalisé en fonction de la pièce d'archive. Un parchemin peut, par exemple, contenir plusieurs instruments qui doivent donc être séparés. De la même manière, deux parchemins différents peuvent être la copie d'un seul acte. La deuxième règle de classification du corpus est celle de la chronologie : bien que les actes médiévaux respectent une certaine logique chronologique globale, celle-ci se révèle défaillante pour des raisons spécifiques. Par exemple, il est manifeste que certains actes ont été sortis de leur contexte archivistique originel et ont été placés, au cours de ces derniers siècles, dans la dernière boite constituant les résidus[2]. Par ailleurs, la nouvelle datation que nous proposons est un autre facteur remettant en question l'ordre chronologique initial.

La date. En effet, le calendrier médiéval diffère du notre puisqu'il était d'usage de se référer à différents styles pour acter le changement d'une année. Les notaires toulousains utilisaient universellement le style du 1er avril à partir du XIIIe siècle[3]. Les actes instrumentés entre janvier et avril ont par conséquent tous été mal classés, car datés avec une année de retard. Les premiers actes du fonds n'ont pas pu être corrigés avec certitude et ont par conséquent été laissés en ancien style. Cela a été signalé par la mention : « (v. st.) », pour vieux style.

L'analyse. Un court paragraphe synthétise ensuite le contenu de l'acte. L'aspect sériel de la documentation nous a conduits à faire certains choix quant aux éléments restitués. Par exemple, les modalités des redevances ne sont pas toutes précisées, car certaines d'entre-elles sont à taux fixe (voir chapitre 1 du premier volume). Les données des confronts n'ont pas non plus été restituées, car leur grande quantité aurait invisibilisé les informations les plus cruciales.

---

[1] Gujoytjeannin Olivier et Vielliard Monique, *Conseils pour l'édition des textes médiévaux*, Paris, Comité des travaux historiques et scientifiques Ecole nationale des chartes (coll. « Orientations et méthodes 2002 »), 2001, t. 1 et 2, 175 p.

[2] Jusqu'à la Révolution française, le fonds était susceptible d'être mobilisé par les Hospitaliers en cas, par exemple, de litige avec un tiers pour la possession d'un droit ou d'une terre. Les différentes campagnes de reclassement du fonds constituent des objets d'histoire à eux seuls. Voir : Suau Bernadette, « Un centre d'archives régionales créé à Toulouse par l'ordre de Malte aux XVIIe et XVIIIe siècles » dans Jean-Pierre Almaric et Jean-Marc Olivier, *Toulouse, une métropole méridionale : Vingt siècles de vie urbaine*, Toulouse, Presses universitaires du Midi (coll. « Méridiennes »), 2009, p. 891-908.

[3] Galabert Firmin, « Le style du 1er avril à Toulouse », *Annales du Midi*, 1911, vol. 23, no 89, p. 45-56.

La tradition. Cette dernière pose rarement problème dans le fonds de la Devèze car, d'une part, il n'est constitué, sauf rare exception, que d'originaux et, d'autre part, il n'a bénéficié d'aucune autre édition que celle-ci. La tradition renseigne par ailleurs sur le type de support, et parfois sur son état lorsqu'il est dégradé. Enfin, la cote du lieu actuel de conservation est renseignée.

La transcription. Le texte de l'acte est ensuite restitué. Les crochets indiquent les lacunes causées par la dégradation du support. Les textes qu'ils contiennent parfois sont des suggestions de restitution. Bien qu'il s'agisse d'hypothèses, seules les suggestions les plus fiables ont été indiquées. Pour les mêmes raisons évoquées plus haut, les unités monétaires les plus redondantes ont été abrégées (d. = denier ; sol. = sous) ainsi que sa provenance (tol. = toulousain). De la même manière, certains prénoms ont été abrégés, soit parce qu'ils le sont également dans le texte original, soit parce qu'ils n'ont pas pu être déterminés. Enfin, il a été nécessaire de mettre en forme le texte (signes de ponctuation, paragraphes) de sorte à la rendre plus intelligible.

Les notes d'apparat. Ces notes ne sont présentes que pour signaler d'éventuelles erreurs commises par le scribe, pour apporter des précisions lorsqu'elles sont nécessaires ou encore pour justifier certains choix de transcription.

Édition des actes

1

1149, octobre (v. st.)

Raimond, évêque de Toulouse, donne en fief à Bernard Mandataire six arpents de bois à Balma, entre les honneurs d'Arnaud Pierre, Giraud Rufel et le bois des Étrangers. Il devra rendre, tous les ans à Pâques douze deniers de servicium *et deux sous de réacapte le cas échéant. De plus, si le feudataire défrichait le bois et cultivait du blé ou des vignes sur ces terres, l'évêque y retiendrait sa dîme.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 390.

Sciendum quod Ramundus episcopus Tolose dedit ad feodum Bernardo Manaderio et ejus ordinio VI aripenta [de] bosco de Balmare, cum terra ubi est, et cum introitu et exitu, et sunt ista VI aripenta inter boscum Arnaldi Petri, et Giraldi Rufelli, et boscum dels Forasteriis.

Tali pacto quod reddat inde ei sevitium in uno quoque anno ad Pascha XII d., et reacaptatione quando evenerit II sol., et de clamore hujus feodi fidem habeat episcopus, et IIII d. justiciam si juste inculpatur feodotarius. Istum boscum predictum nec terra ubi est, non detur ad feodum homini vel femine, sed vendatur vel impignoretur, si feudotarius vult consilio domini episcopi qui habeat de quoque solido vendi I den et de quoque solido pignoris I mezale. Tamen si istum boscum traebatur, postquam esset ibi factum bladum vel vinea retinet ibi episcopus suam decimam. Et interim dominus episcopus debet garire hoc predictum feodum de totis amparatoribus predicto feudotario et ejus ordinio. Factam cartam mense octobris, feria VII, regnante Lodovico francorum rege, Ramundo Tolosano comite, anno ab incarnatione domini MCXLVIIII.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Petri, et Giraldus Rufelli, et et Arnaldus de Coza, Raimundus scripsit.

2

1152, janvier (v. st.)

Pierre Brun donne en fief à Bernard Mandataire le tiers de l'honneur qu'il possède à Remervilla *avec son oncle, Bernard Pierre, et avec son cousin, Arnaud Crasse, et qui s'étend de l'Hers jusqu'à Ayguesvives, et de la rivière de Belloc jusqu'à Balma. Bernard Mandataire devra rendre chaque année à Pierre Brun les oublies que celui-ci doit à ses propres seigneurs, augmentées d'un quart. Pour cet honneur, Pierre Brun doit le tiers de deux sous et d'une pierre de sel aux Étrangers, le tiers d'une autre pierre de sel à Pierre Esquivat, le tiers de trois paires de chapons et de trois setiers d'avoine à dame* Sobrancerie, *femme de Centulle. Il donne également en fief à Bernard Mandataire deux casaux, les garrigues qui en dépendent et les septs deniers qu'il perçoit sur ces deux casaux, contre une redevance de huit deniers. Le premier casal est à l'intérieur de la Devèze, l'autre à l'extérieur, mais juste devant ; tous deux appartiennent à Pierre Brun seulement, sans participation de ses parents. Il inféode enfin le tiers de l'honneur de* Remervilla *qu'il tient avec ses parents pour un denier de* servicium *dû à Raimond Crasse. Bernard devra payer le tiers de ce* servicium*, augmenté d'un quart, si le* dominium *était reconnu.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 1.

Sciendum est quod Petrus Bruno dedit ad fevum Bernardo Mandatario et ejus ordinio suum, jus totum hoc est terciam partem de honore culto et heremo, que habebat Petrus predictus ad Remerium Villa cum Bernardo Petro avunculo suo, et cum Arnaldo Crasso consanguineo suo et fratribus ejus, sicut Petrus Bruno, vel pater ejus, melius tenuerunt hoc et habuerunt, et sicuti concluditur predictus honor totus a flumine Yrcii usque ad Aquas Vivas, et a rivo Belli loci usque ad Balmarum.

Tali conveniencia, quod Bernardus Mandatarius vel ejus ordinium reddat in unoquoque anno ad festum Sancti Thome pro predicto fevo Petro Brunoni vel ejus ordinio, tales oblias quales Petrus Bruno debet facere pro tercia parte predicti honoris et quartum ultra, et talem reacaptacionem quando evenerit qualem Petrus Brunus similiter debet facere pro tercia parte predicti honoris et quartum ultra. Et si Petrus Bruno clamorem habet de eo per predictum fevum, fidem habeat et justiciam XII d. pro tanto quantum hujus predicti fevi tenet Petrus Bruno de Petro Esquivato et de fratribus ejus. Et justiciam IIII d. pro tanto quantum similiter tenet Petrus Bruno de predicto fevo de Forasteriis. Et similiter justiciam alios IIII denarios, pro tanto quantum tenet Petrus Bruno de predicto fevo de domina Sobranceria uxore Centulli, si juste fevatarius inculpabitur. Et si Bernardus Mandatarius vendere vult predictum fevum vel inpignorare faciat hoc consilio domini Petri Brunonis, qui habeat de unoquoque solido venditionis I denarium et de unoquoque solido pignoris I med. Et interim, Petrus Bruno debet garire Bernardo Mandatario et ejus ordinio predictum fevum de omnibus amparatoribus.

Oblias quas debet facere Petrus Bruno pro tercia parte tocius predicti honoris est, tercia pars duorum solidorum obliarum, et tercia pars unius salispetre, et tercia pars viginti solidorum reacaptacionis, et hec pertinent Forasteriis predictis. Et Petro Esquivato, et fratribus ejus, terciam partem unius salis[petre] quoque anno, et terciam partem de duobus solidis de reacapte. Et domine Sobrancerie si[militer] terciam partem de tribus pariellis caponum, et terciam partem de tribus sextaretis de avena quoque anno, et terciam partem de duobus solidis reacaptacionis.

Iterum Petrus Bruno in alia parte dedit ad fevum Bernardo Mandatario et ejus ordinio duos casales quorum est unus intus Devesam, cum VII denarium obliarum qui ibi pertinent, et cum dominio quod ibi pertinet, et cum garrigia que ibi pertinet, et alter casalis est foris ante hunc predictum casalem juxta carrariam, et dedit hos casales cum predictis VII d. obliarum et cum pertinenti dominio et cum pertinenti garrigia, tali pacto ut Bernardus predictus vel ejus ordinium donet in unoquoque anno ad festum Sancti Thome VIII d. tolosanos oblias Petro Brunoni vel ejus ordinio, et XVI d. reacapte quando evenerit, et pro clamore predictorum casalorum donet ei fidem et justiciam IIII d. si juste inculpabitur, et de vendicione predictorum casalorum, et de suis pertinentibus, habeat dominus de unoquoque sol. vendi I d. et de unoquoque sol. pignoris I med., et sit factum ejus consilio, et interim Petrus Bruno faciat, inde ei et ejus ordinio, guirenciam de omnibus amparatoribus. Hos predictos casales [cum] suis pertinentibus predictis, habebat Petrus Bruno sine parte suorum parentum predictorum.

Iterum in supradicto honore de Remerio Villa quem Petrus Bruno habebat cum predictis parentibus suis est quiddam casalis pro quo dant servicium I d. Ramundo Crasso terciam partem cujus denarii debet dare Bernardus Mandatarii, Petro Brunoni et ejus ordinio, et si cognita fuerit ibi dominacio, terciam partem donet Bernardus predictus vel ejus ordinium et quartum ultra.

Facta carta in mense januario, feria IIII, Lodovico rege francorum regnante Ramundo Tolose comite, Ramundo episcopo anno M°C°L°II° ab incarnatione domini. Et Guilelmi Ramundi, et Bertrandi Ramundi, et Guilelmi Petri filii Pagesie, et Geraldi de Lombes, et multorum aliorum qui ibi erant. Et Poncii Vital qui cartam scripsit.

3

1171, mai (v. st.)

Florence, femme de feu Bellot l'Étranger, lorsqu'elle était malade et s'est faite moniale, a donné à la maison de l'Hôpital de Jérusalem dix deniers et une maille d'oublies, ainsi que toutes les redevances associées. Stéphane d'Avignonet et Arnaud Guillaume de Cahors, fils du défunt Gausbert de Cahors, qui paient cette redevance pour le bosquet qu'ils tiennent en fief à Balma devront désormais la verser aux frères de l'Hôpital.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 377.

Hac carta est rememoracionis. Sciendum est quod Florencia, que fuit uxor Belloti Forasterii, dedit et auctorihavit et dimisit sua propria et sua gratuita voluntate, amore dei et sue anime, et anime Belloti Forasterii qui fuit suus maritus, et Filipie sue filie, in illa infirmitate in qua erat illa Florencia, quando se ipsam ad monachiam dedit et auctorihaverit X d. tol. et medal. obliarum et totam pertinentes dominaciones, domino deo omnipotenti et domui hospitalis Jherosolimitani et omnibus fratribus istius prefate domus, presentibus ibi et futuris semper, per omnia tempora, sine ullo retentu quod ibi non fecit. Quos X d. obliarum et medal. dant quoque anno Stephanus de Avinone et ejus uxor, et Arnaldus Willelmus de Caturcio dictus filius Gausberti de Caturcio qui fuit, pro illo bosquo, cum terra in qua est, quod tenent fevaliter ad Balmare.

Istius rei testes sunt Petrus Sancti Martini dictus filius Bernardi Sancti Martini qui fuit, et Petrus Sancti Martini qui stabat juxta domum quod fuit Geraldi de Lombers, et Bruno de Garrigas, et Ramundus Aimerici, et Willelmus Rorberti de Thauro auctoritate et mandato quorum Vitalis istam cartam scripsit in mense madii, feria II, Lodoyco rege francorum regnante, Ramundo comite Tolosano, episcopali sede vacante, anno ab incarnacione domini M°C°LXX°I°.

4

1172, juillet (v. st.)

Guilhem Pitit et Ponce Guillaume son fils, donnent en fief à l'Hôpital de Jérusalem, et à Raimond de Verdun, ministre de cette même maison, la moitié de tout le pré qui est dans l'albarède de l'évêque, entre le pré de Maurin l'archidiacre, et celui du défunt Bruno de la Porte, de ceux de ses fils, de celui d'Arnauld Guillaume abbé, et de celui d'Arnaud Ratier. Ils devront rendre pour ce fief six deniers d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant. Si un héritier de Jean Ortolan se présentait et revendiquait ce pré, il devrait verser aux Hospitaliers, pour récupérer son bien, les deux sous pour lesquels son père avait impignoré ledit pré à Guilhem Petit. Une fois versée cette somme, les hospitaliers devront lui rendre sa terre, mais pourront reprendre le pré en fief de ce fils de Jean Ortolan ; de leur côté, Guilhem Petit et Pons Guillaume devront approuver et garantir cette nouvelle inféodation.

A. Original, parchemin, coin supérieur droit rongé, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 2.

Sciendum est quod Willelmus Pititi, et Poncius Guilelmi filius ejus dederunt ad fevum Deo et hospitali Jherusalem et habitatoribus illius loci, presentibus et venturis, et ad[(a)] do[mino Ramundo] de Verduno, ministro predicte domus, aliisque habitatoribus ejusdem loci, presentibus et venturis, medietatem tocius illius prati, et terra in qua est, quod est in albareta

episcopali [...] inter pratum Maurini archidiaconi, et inter pratum Brunonis de Porta, quod fuit, et inter pratum filiorum R. Arnaldi Guilaberti, et inter pratum Arnaldi Raterii. Et fratris ejus in tali [pacto quod in unoquoque] festo Sanctorum Omnium reddant inde VI denarios tolosanos oblias, et reacapte quando eveniat VIII denarios. Et si clamorem habuerint de eis per hoc fevum, fidem habeant predicti domini et justicia [si juste fe]vatores inculpantur, et si vendere vel impignorare voluerint predictum fevum faciant consilio predictorum dominorum, et reddant ejus de quoque sol. vendi I d., et de quoque sol. pignoris [I. m. in]terim dominus Willelmus Pititus et Poncius Guillelmi, filius ejus, laudaverint et convenerint garire hoc fevum de totis amparatoribus predicto hospitali et habitatoribus illius loci presentibus et futuris, [hospitali Sancti] Remedii et Ramundo ministro predicte domo, aliisque habitatoribus predicte domus presentibus et venturis, hoc fevum dederunt eis Willelmus Pititus et predictus eijus filius.

In tali pacto ut si forte [...] aliquis heres ex parte Johannis Ortolani et sue uxoris, et petebat predictas oblias et pertinentes dominaciones, debet reddere habitatoribus predictis predicti hospitalis II solidos per quos Guillelmus [Pititi] accepit in pignore de Johanne Ortolano et sua uxore predictas oblias et pertinentes dominaciones ; datis illis predictis duobus solidos, predicti habitatores predicti hospitalis reddant ultra illi her[edi] predictas oblias et pertinentes dominaciones quando eveniat, et accipiant hoc fevum de eo, et ipse laudet illud eis et guirenciam de totis amparatoribus ex parte dominationis. Et si ille heres ita laudare noluerit, Willelmus Pititus et predictus filius ejus debant facere laudare hoc fevum illi heredi predictis habitatoribus predicti hospitalis, et Willelmus Pititus et predictus filius ejus debant laudare [infeuda]cionem cum guirencia de totis amparatoribus preter partem dominacionis predictam meditatem predicti prati predictis habitatoribus predicti hospitalis, quin ita eis convenerit.

Facta carta in [mense ju]lii, feria VII, Lodovico rege Francorum regnante, et Raimundo Tolose comite, et nullo existente episcopo, anno M°C°LXX°II° ab incarnatione domini. Signum Amelii d'Astnava, signum Geral[di ...]manica capellani predicte domus, signum Arnaldi Gauceranni, signum Petri Devezinas et [Benedictus] hanc cartam scripsit.

(a) Erreur du scribe dans la continuité de l'énumération.

5

1174, juin (v. st.)

Ispanol et sa femme Ricarde donnent à Bernard Arganat, leur gendre, et à Dias, leur fille, épouse de Bernard, et à leur descendance, un arpent de mailleul au-delà de l'Hers, à la Devèze, entre les mailleuls de Pierre Guidon et les leurs. De même, ils leur donnent tous les quarts et redevances dues pour quatre arpents de pré, que tient Raimond Centullus, et qui sont sur les rives de l'Hers, à côté des prés de Pierre Guidon. Enfin, ils leur donnent un arpent de pré, qui était à Pierre d'Almar, attenant aux prés dudit donneur et de sa femme. Cette donation fut faite dans la maison d'Ispanol, sous le porche.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 369.

Sciendum est quod dederunt et laudaverunt et auctorizaverunt eorum bona et eorum spontanea voluntate Bernardo Arganato, generi eorum, et ad Dias**,** sue uxoris, filie eorum, et ordinio eorum, unum aripentum malleoli cum terre in qua est, quod est ultra Yricum ad Devesam, inter malleolum Petri Guidonis, et inter malleolum ejusdem Ispanoli.

Item similiter dederunt eis et ordinio eorum, Ispanolus et sua uxor totos illos quartos et totas illas dominaciones que pertinent ad illos quartos, quod habebant Ispanolis predictus et

predicta sua uxor, in omnibus illis IIII aripentis de pratibus quartanariis, quod tenet Ramundus Centullus quod sunt in riparia de Yrcio, juxta prata Petri Guidonis.

Item similiter dederunt eis et ordinio eorum, Ispanolus et sua uxor, unum aripentum prati cum terra in qua est, quod fuit Petri de Almaria, quod est juxta prata ejusdem Ispanoli.

Omnia ista dona integramente dederunt et laudaverunt et auctorizaverunt Ispanolus et Richarda sua uxor, Bernardo Arganato, et ad Dias, sue uxori, filie eorum, et ordinio eorum pro facienda inde et tota voluntate eorum et ordinii eorum, sine ullo retinimento, quod ibi non fecerunt, Ispanolus neque uxor ejus. Et convenerunt et laudaverunt Ispanolus et sua uxor facere inde guirenciam de omnibus amparatoribus Bertrando Arganato et predicte sue uxori et ordinio eorum et fuerunt facta ista dona predicta in domo ejusdem Ispanoli in porticu.

Hujus rei sunt testes Petrus de Viridifolio, et Ramundus Anglicus, et Petrus de Altaripa, et Vitalis qui istam cartam scripsit in mense junii, feria III et erat festivitas Sancti Barnabe, Lodovico rege francorum regnante, Ramundo comite Tolose, Ugone episcopo, anno ab incarnacione domini M°C°LXX°IIII°.

6

1175, août

Ispanol et Ricarde, sa femme, ont convenu de vendre aux frères de l'Hôpital et à Pierre de Saint-André, prieur et ministre de la même maison, les deux tiers d'un pré situé au-delà de l'Hers dont les Hospitaliers possédaient déjà le troisième tiers.

A. Original, parchemin, fortement endommagé, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 4.

[S]ciendum est quod Isp[anolus... vi]carius et Ricarda uxo[r ejus …] atque [...]uerunt et reliquerunt hospitali Jherosolimitano et domui Sancti Remigii Tholose [...] hospitalis et [Petro de San]cto Andrea priori et ministro illius domus hospitalis et successoribus suis et omnibus habitatoribus ejusdem [domus, pre]sentibus atque futuris in perpetuum, totam suam partem, et totum suum jus q[uod i]psi habebant et te[ne]bant in il[lo prato], et in terra in qua est, quod ipsi habebant cum fratribus hospitalis ultra Yrcium, latus pratum Bernardi Manaderii, et [pra]tum Petri Ramundi, et latus pratum Petri Ugonis, et latus pratum filiorum Petri de Roaxio, et latus terram ipsius Ispanol[is et ux]oris sue, et latus terram Bernardi Manaderii. Et hoc sunt due partes hujus supradicti prati quod infra predi[ctas] adjacentias concluditur, que erant de Ispanolo et de uxore sua, tercia vero pars erat de eodem hospitale, et [d]uas par[t]es supradicti prati et terre in qua est vendiderunt, Ispanolus et Ricarda uxo[r ejus], dicte domui h[ospita]lis et Petro de Sancto Andrea priori ejusdem domus, successoribus suis et omnibus fratribus ipsius [domus presentibus] atque fu[turis] totum libere ad totam eorum voluntate [f]aciendam sine ulla retentione quam Ispan[iolus ne]que Ric[arda ux]or ejus in predicto prato, neque in terra in qua sunt non fecerunt et de duabus partibus supradi[cti pra]ti et ter[re in qua est] Ispaniolus et Ricarda uxor ejus convenerunt facere bonam et firmam guir[enciam de om]nibus am[paratoribus] libere predicte domui hospitalis et Petri de Sancto Andrea priori ejusdem domus et successoribus [...] et om[nibus fratribus i]llius domus presentibus atque futuris.

Facta carta venditionis hujus et solutionis mense august[i...]Lodoyco rege Francorum regnante et Ramundo Tolosano comite, episcopali sede vacante, anno ab [incar]natione domini MCLXXV.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Sancto Johanne, et Gavaldanus frater hospitalis et [Berna]rdus de Podio Siurano, et Vitalis medicus, et Forto de la Devesa, et Stephanus qui cartam [ist]am scripsit.

7

1176, août (v. st.)

Bernard Manadier vend un certain nombre de biens (difficilement déterminable à cause de l'état du support) qu'il avait acheté dans le dîmaire de Remervilla*, et ce au profit de la maison de l'Hôpital, de Pierre d'Alsen, maître de cette même maison, mais également au profit de Forton de la Devèze qui en reçoit l'autre moitié. Ce dernier consent remettre à l'Hôpital tout son droit sur celle-ci au moment de sa mort, et à celle de* Serene*, sa femme.*

A. Original, parchemin, partie supérieure rongée, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 3.

[Scien]du[m...] hosp[itali...] et [... hosp]italis [... hospi]talis p[... ... Fo]rtoni [de Deve]sa tot[am ...] quod Bernard[us ... ...]at de deci[ma ...]e Ugone [de Pin]u et de sui[... ...] scilicet tota[m ... ...t]otis blatis, i[... ...] frumentis [...]enis et totam [... ...] quod habebant Ugo d[e Pinu et Fina] uxor ejus in collec[cione ...]e et totum illud pignus quod in illa decima habebant Bernardus Rigaldus et Guiraldus Petrus, et totum quantum in illa decima de Remervilla Ugo de Pinu et Fina uxor ejus ibi habebant et tenebant pro suo proprio, et in decima, et in collectione, et quantum ibi tenebant nomine pignoris vel aliquomodo. Illud totum emerat Bernardus Manaderius sibi et suo ordinio sicut in carta illius emptionis melius scriptum continetur, et totam illam emptionem, sicut Bernardus Manaderius melius illam emptionem fecerat et in carta emptionis continetur, reddidit et donavit et solvit Bernardus Manaderius Deo et hospitali predicto, et Petro d'Alsen magistro domus hospitalis et successoribus suis, et habitatoribus illius domus presentibus atque futuris, et Fortoni de la Devesa et Serene, uxori sue, ad totam eorum voluntatem faciendam sine ulla retentione qua Bernardus Manaderius ibi non fecit, et reddidit eis illam cartam quam de illa emptione habebat.

In tota ista emptione habent Forto et uxor ejus medidetate, et debent habere et tenere medietatem omnium explectarum pro eorum voluntate et facere totam eorum voluntatem de medietate explectarum in vita eorum. Et post mortem eorum remaneat tota hec emptio predicta, et omnes predicti honores hospitali et habitatoribus hospitalis jam dicti. Et si Serena supervixerit Fortonem virum suum, illa debet habere pro sua voluntate in sua vita medietatem explectarum omnium predictorum honorum qui sunt de ista emptione. Et si Forto supervixerit illam, fiat similiter. Et post mortem illorum duorum omnes predicti honores remaneant hospitali, et suis habitatoribus ut dictum est, scilicet habitatoribus predicti hospitalis.

Facta carta doni hujus et solutionis, mense augusti feria II, regnante Lodoyco francorum rege, et Ramundo Tolosano comite, et Bertrando episcopo, anno ab incarnatione domini MCLXXVI.

Hujus rei sunt testes Gavaldanus frater hospitalis, et Poncius de Viridario frater et capellanus hospitalis, et Stephanus qui cartam istam scripsit.

8

1176, octobre (v. st)

Bernard Rigaud donne pour l'amour de Dieu et pour ses péchés à Pierre d'Alsen, prieur et ministre de la maison de l'Hôpital, divers honneurs, dîmes, tasques, cens, usages et oublies, situés entre les rivières de l'Hers et de la Sausse, près de Balma. En échange de ces donations, l'Hôpital consent à lui donner cent quatre-vingt-quinze sous melgoriens, et à œuvrer pour son âme.

A. Original, parchemin, coin supérieur gauche manquant, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 5.

[...]nibus hanc cartam legentibus sive audientibus quod ego Bernard[us ... spon]tanea voluntate pro amore dei et pro remissione peccatorum meorum [...] Jherosolimitano et domui hospitalis que est aput Tolosani ad fe[...] priori et magistro ejusdem domus et successoribus suis et omnibus fratribus ejus[dem domus …] illos honores quos habeo et habere debeo aput Balmare et [...] et in aliquo loco de flumine Yrcii usque ad flumen Sause scilicet [...] cartas decimas, et tascas, census et usus, oblias et dominationes totas, et totum [...] vel teneo vel habere debeo vel aliquis homo vel femina ibi tenet de [... …]tum fratres mei et pater meus ibi habuerunt et tenuerunt vel aliquis homo vel femin[a ...] de eis vel per eos, quicquid sit vel ubicumque sit infra predictas adjacentias, illas terras dono [... Ber]nardus Rigaldus atque donando solvo atque relinquo Deo et hospitalis jamdicto et predicte [do]mui [...] et Petro d'Alsen priori et ministro illius domus et successoribus suis et omnibus fratribus et habi[ta]toribus [...] domus presentibus atque futuris et de meo posse et meo domimio omnes illos honores in potestate et [dominio] hospitalis et prioris et fratrum ipsius domus trado et transfero ut ipsi omnes predictos honores in perpetuum habeant, teneant ac quiete possideant pro tota eorum voluntate facienda nullo resistente vel contradicente sine ulla reservatione et retentione quam ego Bernardus Rigaldus, in illis honori[bus] non facio. Et de omnibus predictis honoribus ego Bernardus Rigaldus facia bonam et fir[mam] guirentiam predicte domui hospitalis et priori et omnibus fratribus et habitatoribus ipsius domus presentibus atque futuris de omnibus amparatoribus libere.

Facta carta hujus donationis mense octobris, feria V, Lodoyco rege francorum regnante et Ramundo Tolosano comite, et Bertrando episcopo, anno ab incarnatione domini M°[C°L]XX°VI°.

Hujus rei sunt testes Bernardus Manaderius et Poncius de Viridario frater, et capellanus predicte domus hospitalis, et Bernardus de Podio Siurano, et Bernardus Rufus, et Guiraldus Rufus frater ejus, et Raimundus Arnaldus, frater Guillelmi Poncii Astre, et Arnaldus Auriollus et Ugo de Pinu, et Stephanus qui cartam istam scripsit.

Et pro ista donatione predictorum honorum Bernardus Rigaldus accepit et habuit de helemosinis hospitalis CC solidos melgoiriensium, minus V solidos, et ultra hoc fratres hospitalis acceperunt illum in orationibus suis et helemosinis, et in omnibus beneficiis hospitalis.

Hujus rei sunt testes Bernardus Manaderius et Poncius de Viridario, et Gavaldanus fratres hospitalis, et Bernardus de Podio Siurano, et Guiraldus Rufus, et Ugo de Pinu, et Stephanus qui cartam istam scripsit eodem mense, et eodem die qui superiorem cartam donationis prescriptes scripsit.

9

1182, juin (v. st.)

Hugues du Pin donne en fief à Pierre Brun une borie et un arpent de terre à la Devèze, ainsi que les honneurs qu'il tenait précédemment de Falquet, et de son fils Borelle, pour le fief de la Devèze.

A. Original perdu.

B. Copie perdue.

C. Copie notariée, mai 1196 (v. st.), établie par Arnaud Ferrus d'après *B*.[(a)], parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 20 paragraphe A.

Sciendum est quod Ugo de Pinu dedit ad feodum Petro Bruno et ejus ordinio totam illam bovariam que est Bernardi Manaderii cum omnibus hedificiis et bastimentis que ibi sunt, vel ibi pertinent, et unum aripentum terre quod est ad Devezam.

Tali pacto dedit ei hoc feodum ut in unoquoque anno in festo Sancti Thome reddat inde ei VI d. tol. oblias et retroacapte XII d. quando evenerit. Si clamorem habet dominus de eo pro hoc feodo fide inde habeat et IIII d. justiciam si inculpatur feodotarius. Si predictus feodotarius vel ejus ordinium vult predictum honorem vendere, aut inpignorare, faciat consilio domini et reddat inde ei de unoquoque sol. vendi I d. et ex unoquoque sol. pignoris I obolum. Insuper dominus Ugo de Pinu convenit garire hoc feodum Petro Bruno et ejus ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Item Ugo de Pinu dedit ad feodum Petro Bruno et ejus ordinio totum illum honorem quod ipse Petrus Bruno tenuit ad feodum de Falqueto, et de Borrello filio suo dicto, qui honor est ubi vocatur in feodo Deveze.

Tali pacto dedit ei hoc feodum ut in unoquoque anno in festo Sancti Thome reddat inde ei VIII d. tol. oblias et retroacapte VI sol. et VIII d. quando evenerit. Si clamorem habet dominus de eo pro hoc feodo fide inde habeat et IIII d. justiciam si inculpatur feodotarius. Si predictus feodotarius vel ejus ordinium vult predictum honorem vendere aut inpignorare faciat consilio domini et reddat inde ei ex unoquoque sol. vendi I d. ex unoquoque sol. pignoris I obolum. Insuper dominus Ugo de Pinu convenit garire hoc feodum Petro Bruno et ejus ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis. Totus predictus honor est in feodo Deveze. Item Petrus Bruno recognovit et concessit quod ipse servivit predictas oblias cum pertinenti domino Falqueto et Borrello filio suo dicto et eorum ordinio XL annos et plus.

Facta carta hujus doni mense junii, feria VII, regnante Philippo rege francorum et Raimundo Tolosano comite et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini M°C°LXXX°II°.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Ramundi Frenarius et Arnaldus Aurioli, et Petrus [Cin]brini, et Arnaldus de Inter Ambis Aquis qui cartam istam scripsit. Istam cartam non scripsit Arnaldus de Inter Ambis Aquis sed illam de qua Arnaldus Ferrucius istam transtulit eadem ratione et eisdem verbis mense aprilis feria III regnante Philippo rege Francorum, et Ramundo Tolosano comite et Fulcrando episcopo anno ab incarnatione domini M°C°LXXXX°.

Hujus facti translati sunt testes Cunallus presbiter, et Ramundus Ferrucius, et idem Arnaldus Ferrucius qui hanc scripsit. Ego Cunallus presbiter subscribo. Ego Ramundus Ferrucius subscribo

(a) Lui-même copie notariée, daté d'avril 1190 (v. st.) et établie par Arnaud de Tramezaïgues.

10

1183, décembre (v. st.)

Augier de Montelion de Verfeil donne en fief à Jacques quatorze arpents de terre, ses quarts et toute autre redevance ici pertinente, se trouvant à l'entrée de la fontaine de Balma, entre les honneurs des frères de l'Hôpital et de Bernarde, la femme de Ponce Vital. Il devra livrer chaque année, dans la ville de Toulouse et à la fête de la Saint Thomas, cinq sous d'oublies, et autant de justice et de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, partie droite tâchée, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 392.

Notum sit omnibus hominibus hanc cartam audientibus vel lege[ntibus presentibus vel] futuris quod Augerius de Monte Lion de Viridifolio laudavit et dedit ad feodum Jacobo et suo ordinio totam illam suam terram et [honorem et suum] justum et rationem et omnes illos quartos cum omnibus dominationibus ibi pertinentibus quos ipse Augerius predictus habebat vel habere debebat ullomodo vel aliquis homo vel femina pro eo, vel de eo, in ille XIIII aripentis terre, et insuper amplius quod ibi est, et si minus ibi est non teneatur dominus Augerius predicti [a predicto] fevatario. Que terra est ubi vocant ad Fontanam Balmar, et in territorio de Fontana Balmar, inter honorem fratrum hospitalis Jerusalem, et honorem domine Bernarde uxoris Poncii Vitalis. Sicut melius, illum honorem et quartos, et dominationes ibi pertinentes, ibi tenebat et habebat per se, vel per aliquod suum genus, vel per aliquam adquisitionem suam, vel in aliquomodo ipse vel aliquis homo vel femina pro eo vel de eo, ita bene totum ab integrum laudavit et dedit ad feodum Augerius de Monte Lion predictus Jacobo predicto et suo ordinio.

Tali pacto dedit ei hoc feodum ut in uno quoque anno in festo Sancti Thome reddat inde ei vel suo nuncio in urbe Tolosa V sol. tol. obliarum, si ei queruntur et reacapte V sol. tol. quando evenerit. Si clamorem habet dominus ex eo pro hoc feodo, fidem inde habeat, et V sol. justiciam si juste inculpabitur predictus fevatarius, et hoc predictum feodum predictus fevatarius neque ejus ordinium non debet dare ad super feodum ullomodo, sed si voluerit predictus fevatarius aut ejus ordinium illud vendere aut impignorare fiat hoc consilio domini predicti, et reddat inde ei de uno quoque sol. venditionis, I d., et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Insuper dominus Augerius de Monte Lion predictus, per se per omne suum genus et per omne suum ordinuum, laudaverit et convenit facere bonam et firmam guirentiam de toto hoc predicto feodo de omnibus amparatoribus ex parte dominationis predicto fevatario Jacobo et omni suo ordinio, et de omnibus amparatoribus qui ex parte sua vel per aliquid suum genus scilicet de Augerio predicto domino aliquid ibi pecierint vel amparaverint ullomodo Jacobo predicto et suo ordinio.

Facta carta hujus doni in mense decembris, feria IIII, regnante Philippo francorum rege et Ramundo Tolosano comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini, M°C°LXXX°III° ab incarnatione.

Hujus doni et hujus [...] prescripte sunt testes Arnaldus Maurannus Ramundus de Boanaco, et frater ejus Bernardus, et Petrus nepos Bernardi Arnaldi qui fuit, et Ramundus Vitalis et Johannis [...] et Bernardus dictus filius Helie mercerii, et Guillelmus qui hanc cartam scripsit.

11

1184, juin (v. st.)

Étienne David, sa femme Pétronne, leur gendre Betrand de Castronovo *et leur fille Stéphana, vendent au seigneur Raimond Garsie, prieur de la maison de l'Hôpital, à Bernard de Gavaldan, précepteur du même Hôpital, et à tous les frères de celui-ci, toute leur moitié des quatre arpents de pré qu'il tiennent au pont de Clèdes. Cette vente a été faite avec l'accord des seigneurs de ces honneurs, c'est-à-dire d'Ispanol et de ses fils, qui les donnent à leur tour en fief à Bernard de Gavaldan et aux frères de l'Hôpital. Ces derniers devront lui rendre, tous les ans, le quart du foin qu'ils faucheront, et qu'ils devront faire sécher. Enfin, cette vente fut faite avec l'accord de Raimond de Prignac qui possédait ces prés en gage.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 379.

Sciendum est quod Stephanus David et Petrona, uxor ejus, et Bertrandus de Castro Novo gener eorum, et uxor ejus Stephana filia eorum, omnes isti et iste, vendiderunt et absolverunt domino Raimundo Garsie priori domus hospitalis Jerusalem que est in Tolosa, et Gavaldano preceptori illius domus, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, et omni eorum ordinio, totam illam medietatem ex illis quatuor aripentis pratis et de terra in qua sunt et de toto super amplius qui ibi est que sunt ad Pontes de Cledas. Quos pratos habebant per medium cum domina Centullia, et sunt inter prata Ramundi de Prinaco de duabus partibus et pratum quod fuit Petris Sigfre qui fuit, et ex hac medietate predictorum quatuor aripentum de pratis et de terra in qua sunt. Et de super amplius, si ibi est predicti venditores et venditrices laudaverunt inde eis et convenerunt facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Hec vendicio fuit facta consilio et voluntate dominorum istius honoris, scilicet Ispanolis et suorum filiorum, videlicet Gailardi, et Raimundi, et Sicardi, et Ispani qui inde habuerunt suos pax, quibus predicti venditores per se et per uxores eorum reddiderunt et solverunt hoc feodi, ideo ut illum darent domino priori predicto et aliis fratribus ejusdem domus presentibus atque futuris. Et tunc domini predicti recuperato hoc feodo, laudavit atque dedit sic ad feodum domino priori predicto et Gavaldano preceptori illius domus, et omnibus aliis fratribus ipsius domus presentibus et futuris et omni eorum ordinio et convenerunt inde eis et eorum ordinio facere bonam et firmam guirentiam de toto hoc predicto feodo de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, salvo et retento ibi, ut in uno quoque anno reddant inde eis in eodem feo[dum] quartum feni sicci, et de clamore hujus feodi fidem inde habeant et IIII d. justiciam si juste inculpabuntur fevatarii, et de uno quoque sol. venditionis istius honoris habeant domini I den, et de uno quoque sol. pignoris I obolum, et sit hoc factum consilio dominorum.

Hujus venditionis et doni, et istius rei prescripte sunt testes Raimundus Vitalis, et Bernardus de Podio Siurano, et Forto de Devesa, et Petrus Furnerius sartor, et Guillelmus qui hanc cartam scripsit in mense junii, feria V, regnante Philippo francorum rege et Raimundo Tolosano comite, et Fulcrando episcopo, anno M°C°LXXX°IIII° ab incarnatione domini.

Item fuit hoc factum consilio et voluntate Ramundi de Prinaco qui habebat et possidebat quartum feni predictum nomine pignoris, qui hoc vendicio et feodum laudavit et concessit domino priori predicto et Gavaldano, et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus atque futuris, et eorum ordinio, et debet eis inde esse guirens de omnibus amparatoribus ex parte dominationis de tanto quantum ad suam dominationes quamdiu inde fuerit dominus nomine pignoris.

Hujus rei sunt testes supradicti testes, et Guillelmus qui hoc scripsit eodem die, et eodem mense, anno M°C°LXXX°IIII° ab incarnatione domini.

12

1184, décembre (v. st.)

Bernard de Gavaldan, commandeur de l'Hôpital, est parvenu à un accord, pour lui et pour Raimond Garsie, prieur de l'Hôpital, avec Pierre Brun concernant les redevances en deniers, en chapon, en avoine et en salpêtre qu'ils lui devaient pour des honneurs situés dans le fief de Remervilla*. Pierre Brun a accepté recevoir, en lieu et place des redevances susdites, quatre sous d'oublies à livrer annuellement chez lui à la fête de la Saint Thomas.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 6.

Notum sit omnibus hominibus presentibus atque futuris quod Gavaldanus, comendator hospitalis Jerusalem de Tolosa, pro se et pro Raimundo Garsia priori predicti hospitalis et pros

fratribus illius loci pro presentibus et pro futuris venit ad concordiam cum Petro Brunone de omnibus oblias quas supra predictus prior et ipse Gavaldanus et fratres predicti hospitalis ei debebant facere pro toto feodo quod de eo tenent, scilicet pro omnibus honoribus et pro toto hoc quod de eo tenent in feodo de Remervila sicut in carta illius feodi continetur, de omnibus obliis sive essent denarii, vel caponi, vel avena, vel salpetra, quas pro predicto feodo ei facere debebant, venit ad concordiam Gavaldanus pro se et pro prefato priore et pro fratribus predicti hospitalis pro presentibus et futuris cum domino Petro Brunone.

In qua concordia absolvit Petrus Bruno pro se et pro suo ordinio prenominato priori et successoribus suis et Gavaldano comendatori et omnibus fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris omnes oblias quas pro predicto feodo ei facere debebant sive essent denarii vel caponi vel avena vel salpetra cum IIII sol. tol. quos pro predicto feodo ei reddant in unoquoque anno in festo Sancti Thome oblias, et portent illas ei ad suam domum. Istos IIII sol. tol. oblias retinuit dominus Petrus Bruno in predicto feodo, et accepit Gavaldanum comendatorem pro feodotario predicti feodi. Et Gavaldanus pro se et pro predicto priore et pro omnibus fratribus predicti hospitalis convenit reddere et portare predictos IIII sol. tol. oblias singulis annis in festo Sancti Thome pro prefato feodo domino Petro Brunoni et suo ordinio ad suam domum domini. Et retinuit dominus Petrus Bruno XII sol. tol. et II d. de reacapte quando evenerit in predicto feodo quod debet dari per mortem domini, et per mortem feodotarii scilicet pro Gavaldano, et post mortem Gavaldani debet dari unus frater predicti hospitalis qui ibi semper maneat scilicet in predicto hospitali pro feodotario qui similiter serviat predictum feodum domino et post mortem illius similiter alius et sic de ceteris dum predictum feodum tenuerint fratres predicti hospitalis. Similiter retinuit dominus Petrus Bruno de clamore feodi fide et suas justicias quales ibi habet et habere debet si inculpatur feodotarius. Et retinuit dominus Petrus Bruno ut si predictum feodum venditur vel inpignoratur quod suo consilio et fiat et habeat de unoquoque solido venditionis I d., et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Facta carta mense decembris, feria IIII, regnante Philippo rege francorum et Ramundo tolosano comite et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione Domini M°C°LXXX°IIII°.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Sancto Romano, et Guillelmus Poncius Astro, et Geraldus Membratus. Item hanc predictam concordiam fecit Galvaldanus cum consilio Arnaldi Gaucerandi, et Poncii de Viridario, et Bernardi de Podio Siurano, et Fortonis de La Devesa qui hoc laudaverunt, et concesserunt, et voluerunt fieri. Testes sunt supra dicti testes et Arnaldus Ferrucius qui cartam istam scripsit.

13

1185, juin (v. st.)

Bertrand, abbé de Moissac, abandonne tous les droits qu'il possède sur les honneurs donnés par Bernard Mandataire à l'Hôpital au-delà de l'Hers à Raimond Garsie, prieur de l'Hôpital. De la même façon, Raimond Garsie abandonne à l'abbé tout le droit qu'il avait sur l'hôpital que Bernard Mandataire avait édifié près de la porte de Lascrosses, et tous les biens mobiliers et immobiliers proches de celui-ci, que le même Bernard avait donné à l'abbé.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 6 bis.

Manifestum sit omnibus hominibus presentibus atque futuris quod Bertrandus Moysiacensis abbas, pro se et pro successoribus suis, absolvit et dimisit Ramundo Garsie priori domus hospitalis Jerusalem de Tolosa, et successoribus suis et omnibus fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris, totum jus quod habebat vel habere debebat ullo modo in omnibus illis honoribus qui sunt ultra Yrcium, quos Bernardus Mandatarius predicto hospitali

Jerusalem donaverat, et fratribus illius hospitalis presentibus atque futuris, sicut in cartis illorum donorum continetur. Totum quicquid in illis honoribus, prefatus abbas Bertrandus habebat vel habere debebat ullo modo illud totum absolvit et reliquit predicto priori, et omnibus fratribus hospitalis Jerusalem presentibus et futuris, ad eorum voluntatem faciendam, absque ulla retentione, quam ibi non fecit.

Similiter Raimundus Garsias prior prefati hospitalis, pro se et pro suis successoribus, absolvit et dimisit Bertrando abbati Moysiaci et successoribus suis et habitatoribus ecclesie Sancti Petri Moysiacensis presentibus atque futuris, totum jus quod habebat vel habere debebat ullomodo si aliquod erat in illo hospitali, quod Bernardus Mandatarius hedificaverat prope portam de Crosis et in omnibus honoribus, et in omnibus bonis mobilibus et immobilibus, qui idem Bernardus Mandatarius ad illud hospitalis dederat. Totum hoc quod, in prefato hospitali vel in omnibus honoribus et bonis ad illud hospitale pertinentibus, predictus prior petebat vel petere poterat illud totum absolvit et dimisit Bertrando prefato abbati et successoribus suis et habitatoribus ecclesie Sancti Petri de Moysiaco presentibus atque futuris, ad eorum voluntatem faciendam sine ulla retentione quam ibi non fecit.

Facta carta mense junii feria II, regnante Philippo rege francorum, et Ramundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo anno ab incarnatione Domini M°C°LXXX°V°. Hujus rei sunt testes Guillelmus Jesatensis abbas, et prior ecclesie Beate Marie Deaurate et Bertrandus prior Coquinarum, et Bernardus de Monte Esquivo, et Willis Ramundus comendator, et Arnaldus Gaucerandus, et Forto de sa Devesa, et Arnaldus Ferrucius qui cartam istam scripsit.

14

1186, février (v. st.)

Raimond Ispanol vend à Vital de Prignac et ses frères (Pons, Carbonel, et Forton de La Devèse) une condamine appelée des Noguiers et des prés la bordant. Il leur vend la moitié des droits seigneuriaux et la redevance du quart, qui correspondent à sa part du partage successoral du patrimoine de son père, Ispanol.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 10.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris hanc cartam audientibus vel legentibus quod Raimundus Yspanolus, dictus filius Yspanolis, sua propria ac gratuita voluntate vendidit et vendendo absolvit et reliquit, atque dimisit Vitali de Prinaco suisque fratribus, scilicet Poncio et Carbonello et Fortoni de Devesa sueque uxori Prime, et omni eorum ordinio, totam illam terram, scilicet totam illam condaminam que dicitur de Nucariis, et pradinascium, cum terra in qua est, quod est juxta illam condaminam, et est totum hoc inter prata Poncii Umberti, et honorem fratrum hospitalis Jerusalem, et honorem Vitalis de Prinaco predicti suorumque fratrum.

Item Raimundus Yspanolis vendidit eis, et eorum ordinio, medietatem ex illis quartis et omnium dominationum que ibi pertinent, vel ullomodo pertinere debent, omnium illorum pratum quartanarium, et totum quantum plus ibi habebat Raimundus predictus, per suam partem partitam in omnibus istis predictis pratis, cum terra in qua sunt, que sunt inter feodum capiscolorum et calciatam de Ponte de Cledis, istam predictam condaminam de Nucariis, pradinasz quod est juxta illam condaminam, cum terra in qua est, uti melius est totum hoc infra predictas adjacentias et medietatem predictorum quartum, et omnium dominationum ibi pertinentium.

Et totum quantum Raimundus Yspanolis habebat ullomodo in omnibus istis predictis pratis quartanariis, uti melius includuntur infra predictas adjacentias, et ut melius evenerant ad suam partem Raimundi per partem partitam, ita bene totum ab integrum, Raimundus Yspanolis vendidit et vendendo absolvit et reliquit, atque dimisit Vitali de Prinaco suisque fratribus Poncio et Carbonello et Fortoni de Devesa sueque uxori Prime, et eorum ordinio, libere ad faciendam inde totam eorum voluntatem sine retentione ulla quam ibi non fecit predictus venditor.

Et ex omni hac vendicione predicta, Raimundus Yspanolis, per se et per omne suum ordinium, laudavit inde et convenit facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus libere Vitali de Prinaco suisque fratribus predictis et Fortoni de Devesa sueque uxori Prime et eorum ordinio.

Item hec vendicio fuit facta consilio et voluntate Yspani fratris predicti venditoris qui totam hanc vendicionem laudavit et affirmavit atque concessit et si aliquod justum vel rationem ibi habebat vel habere debebat ullomodo illud totum absolvit et reliquit Yspanus predictus Vitali de Prinaco suisque fratribus et Fortoni de Devesa et Prime uxori sue, et eorum ordinio, sine retentione ulla quam ibi non fecit, et convenit inde eis et eorum ordinio esse guirens de omnibus amparatoribus qui ex sua parte vel pro eo aliquid ibi peterent vel ampararent.

Item fuit hoc factum consilio et voluntate Bonefonsis uxoris ipsius Raimundi Yspanolis que totam hanc vendicionem laudavit et concessit et si aliquod justum vel rationem ibi habebat vel habere debebat dono vel dote aut in sponlatio, aliqua convenientia vel in aliquo alio modo totum integriter Bonafos predicta vendidit et absolvit Vitali de Prinaco suisque fratribus et Fortoni de Devesa, et Prime uxori sue, et eorum ordinio sine retentione ulla quam ibi non fecit.

Item in omnibus istis predictis honoribus habent medietatem Vitalis de Prinaco suique fratres, scilicet in predicta emptione per totam eorum voluntatem faciendam, et alia medietas est predicti Fortonis de Devesa, et sue uxoris Prime, per totam eorum voluntatem inde faciendam quia ita hoc fuit ibi concessum ex utraque parte.

Hujus tocius rei prescripte sunt testes Bernardus Petri de Cosza et Petrus Raimundi, frater Willelmi Raimundi qui fuit, et Raimundus Galterius, et Willelmus Poncius de Prinaco, et alii plures qui ibi aderant, et Guillelmus qui cartam istam scripsit, in mense februarii, feria VI, regnante Philippo Francorum rege, et Raimundus Tolose comite, et Fulcrando episcopo anno M° C° LXXX° VI° ab incarnatione Domini.

15

1186, septembre (v. st.)

Pierre Arnaud vend, pour lui et pour sa sœur Sancie, à Ponce de Lordat, prieur de l'Hôpital, la totalité d'un mailleul se trouvant à la Devèze. Pierre de Laurac et Stéphane de Laurac de Saint-Cyprien garantissent la susdite vente jusqu'à ce que Sancie, sœur du vendeur, l'ait approuvé en paix et sans procès.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 7.

Sciendum est quod Petrus Arnaldi dictus filius Eimengarde et Arnaldi Isarni mariti sui, pro se et pro Saxia sorore sua, vendidit et absolvit domino Poncio de Lordato priori domus hospitalis Jerusalem que domus est in Tolosa et omnibus aliis fratribus ejusdem domus, tam presentibus quam futuris, totum illum mailolem cum terra in qua est, quod est apud Devesam, inter honorem Yspanolis, et honorem ipsorum fratrum predicti hospitalis, et tenet de carraria publica usque ad terram que fuit Arnaldi Isarni et Eimengarde uxoris sue. Et predictus venditor Petrus Arnaldi pro se et pro Saczia sorore sua absolvit inde ejus et reddidit fevum et cartam hujus feodi. Ad faciendam inde totam eorum voluntatem, scilicet predicti Poncii de Lordato

prioris, vel fratrum predicti hospitalis, vel eorum ordinii sine retentione ulla quam ibi non fecit predictus venditor. Et de toto isto predicto mailole cum terram in qua est et cum introitu et exitu predictus Petrus Arnaldi pro se et pro Saxia sua sorore laudavit et convenit inde facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus predicto priori Poncio de Lordato et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et omni eorum ordinio. Item Petrus de Lauraco et Stephanus de Lauraco de Sancto Cipriano de tota hac predicta vendicione laudaverunt et convenerunt inde facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus predicto priori et omnibus fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris,et omni eorum ordinio, quoadusque Saxia Soror predicti venditoris habeat laudatam et affirmatam totam hanc predictam venditionem et guirentiam illius venditionis totum ad recognitionem predicti prioris et fratrum predicti hospitalis presentium et futurorum in pace et sine ullo placito.

Hujus venditionis et istius rei prescripte sunt testes Bernardus de Sancto Romano et Arnaldus Gaucerandus et Poncius capellanus et Forto de Devesa et Bernardus de Podio Siurano et Bernardus Armiger et Guillermus qui cartam hanc scripsit in mense septembria feria IIII regnante Philippo francorum rege et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo anno M°C°LXXX°VI° ab incarnatione Domini.

16

1186, février (v. st.)

Pierre de Castlare de Vaure a donné en fief à Ponce de Lordat, prieur de l'Hôpital, tout ce qu'ils tenaient en fief d'Hugues du Pin dans la villa *et dans l'alleu de la Devèze, ainsi que dans le fief de* Remervilla*, c'est-à-dire toutes les terres cultes, incultes, les bois, les barthes, les eaux, les prés, les pacages, les dîmes, les agriers, les tasques, les exitas, les droits de justices, les cens, les usages, les oublies, les quarts, ou toute redevance concernant ces lieux, ou quoi qu'ils aient pu tenir d'Hugues du Pin.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 8.

Sciendum est quod Petrus de Castlare de Vaure, sua propia ac gratuita voluntate, laudavit et recognavit [atque] dedit ad feodum Poncio de Lordato priori domus hospitalis Jerusalem, que domus est in Tolosa et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, omnis illos honores quos fratres predicti hospitalis habebant et tenebant vel habere aut possidere debebant et, ullomodo, tenebant de Ugone de Pinu in villa aut in alodio de Devesa et in feodo de Remervilla, scilicet terras cultas et incultas, nemora, et bartas, et aquas, et prata, et pascua, decimas, et agrarios, taschas, exitas et justicias, census et usus, oblias, et quartos, et omnes dominationes ibi pertinentes, et quicquid amplius ibi haberent et tenerent vel habere et possidere vel tenere deberent, ullomodo, de predicto Ugone de Pinu, sicut melius predictus Ugo de Pinu illos honores habuit et tenuit et possessit vel aliquis pro eo, vel ex eo, ullomodo, et sicut melius Borrellus Falquetus et pater ejus Falquetus istos honores ibi habuerunt et tenuerunt vel habere debuerunt, ullomodo, vel aliquis homo vel femina per eos, vel ex illis. Ita bene Petrus de Castlare predictus laudavit et recognovit atque fevaliter dedit omnes istos predictos honores Poncio de Lordato predicto priori aliis fratribus ejusdem domus tam presentibus quam futuris.

Tali pacto recognovit illis et dedit hoc feodum ut in unoquo[que] anno in Vigilia Natalis Domini reddant inde ei vel suo nuncio IIII d. tol. oblias, si eis queruntur, et reacapte XII d., quando evenerit. Et de tota venditione omnium predictorum honorum, habeat dominus predictus XII d., et non amplius et de tota impignoratione predictorum XII d., et non amplius. Et cum istis predictis censibus et usibus ibi retentis sine pluribus, dominus Petrus de Castlare laudavit et concessit et firmo pacto convenit facere bonam et firmam guirentiam omnium

predictorum honorum de toto hoc feodo predicto, de omnibus amparatoribus predictis feodotariis scilicet prefato priori et aliis fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris et eorum ordinio.

Hujus doni et recognitionis, et istius rei prescripte sunt testes Bernardus Petri de Cossa, et Bernardus de Sancto Romano, et Petrus de Marcafaba, et Arnaldus Auriole, et Arnaldus Gaucerandus, et Raimundus Poncius de Trevila, et Poncius capellanus, et Forto de Devesa et Guillelmus qui hujus tocius rei prescripte testis est, et istam cartam scripsit in mense septembri, feria VII, regnante Philippo francorum rege et Raimundo Tolosano comite et Fulcrando episcopo anno M° C° LXXX° VI° ab incarnatione domini.

17

1186, septembre (v. st.)

Ispanol se donne à l'Hôpital de Toulouse et Ponce de Lordat, prieur de l'Hôpital, le reçoit comme serf et frère dans le Christ. Avec le conseil de ses fils, Ispanol donne ensuite deux arpents de bois dûment arpentés à la Devèze, un arpent de pré et deux pièces de terre sur les rives de l'Hers, et un casal à la barrière de Beauville. Il renonce également à tout ce qu'il pouvait réclamer sur les terres que les Hospitaliers tiennent en fief d'Hugues du Pin, et leur concède le droit de faire paître leurs bêtes dans tous les honneurs que lui et ses fils tiennent dans le fief de Remervilla *à l'exception des terres emblavées et des prés mis en défens. Enfin, il concède par avance tous les fiefs que les Hospitaliers pourront acquérir et posséder aux conditions habituelles dans sa seigneurie. Les cinq fils d'Ispanol sont associés à ces donations, que seul Gérard confirme et garantit personnellement.*

A. Original, parchemin, partie inférieure droite déchirée, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 9.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, hanc cartam audientibus vel legentibus quod ego Yspanolus, timore et amore Dei et salvatione anime mee, reddo et dono et conc[edo] memet ipsum, scilicet meum corpus et animam domino Deo omnipotenti patri et filio, et spiritui sancto, et beate virgini Marie, et Sancto Johani, et domui [...] pauperibus hospitalis Jerusalem, et Poncio de Lordato priori, atque procuratori domus predicti hospitalis, scilicet de domo Tolose et cunctis aliis fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris, per servum, et per fratrem in Christo predicti hospitalis.

Et ego Poncius de Lordato, prior predictus, per me et per meos successores, et per alios fratres predicti hospitalis, recipio te, Yspanolem predictum, per servum et per fratrem in Christo ipsius domus hospitalis predicti, ut hic et in eternum sis bonus particeps omnium bonorum que facta sunt, citra mare vel ultra mare, vel ibi facta fuerint in domibus predicti hospitalis, et promitto tibi, Yspanoli, in predicto hospitale, panem et aquam, et pannos humiles secundum ordinem fratrum predicti hospitalis.

Et ego, Yspanolis predictus, in omnibus diebus vite mee promitto et concedo obedientiam et fidelitatem in Christo, tibi, domino priori Poncio de Lordato, et tuis successoribus et aliis preceptoribus atque fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris, sicut unus bonus humilis frater ejusdem domus.

Et ego, Yspanolis predictus, consilio et voluntate filiorum meorum, scilicet Gailardi et Ramundi, et Sicardi et Yspani, et Geraldi dono et concedo tibi, Poncio de Lordato priori predicto, atque successoribus tuis et fratribus atque pauperibus predicti hospitalis presentibus et futuris, ad faciendam inde totam voluntatem vestram, duo aripenta nemoris cum terra in qua sunt, que sunt ad Devesam, inter terram fratrum predicti hospitalis, et nemus filiorum de me,

Yspanole, et tenent de terra Willelmi Bovarii usque ad carrairolam que ducet ad parietes de domo que fuit de Rateriis, sicut tenent omnes illas parietes ad eforas usque sint completa predicta duo aripenta nemoris, cum terra in qua sunt, in quadrone, ut melius decatum est, et cum introitu et exitu. Et dono, et concedo vobis unum aripentum de prato, cum terra in qua est, quod est in riparia Yrcii, inter honorem Terreni, et prata infancium de me, ipso Yspanole, et tenet de flumine Yrcii ad prata quos sunt in feodo filiorum de me, Yspanole, cum introitu et exitu. Et dono, et concedo vobis totum illum casalem que se tenet cum casale fratrum predicti hospitalis et, est ad barrariam de Bovilla, et tenet de carraria publica usque ad rivulum de Bovilla. Et dono, et concedo vobis duas pecias terre que sunt in riparia Yrcii una quarum est inter aliam [terra]m ipsorum fratrum [pred]icti hospitalis, et terram Poncii Bernardi, et terram que fuit Ramundi de Prinaco, et tenet usque ad pratum fratrum predicti hospitalis, et alia pecia terre est inter honorem ipsius Poncii Bernardi, et terram predicti hospitalis et terram Petri Bertrandi de Villa Nova.

Item ego Yspanole et filii mei, scilicet Gailardus, et Raimundus, et Sicardus, et Yspanus, nostra propria ac gratuita voluntate absolvimus, et derelinquimus, atque dimittimus predicto priori Poncio de Lordato et successoribus tuis, et fratribus et pauperibus predicti hospitalis presentibus et futuris totum quantum petimus, vel requirimus, sive petere aut requirere possumus vel habere debemus, ullomodo, aliquo jure vel aliqua ratione, in tota illa terra que est inter terram fratrum hospitalis, et terram filiorum meorum, scilicet de me Yspanole, et tenet usque ad terram Vitalis de Prinaco et totum quantum petebamus vel requirebamus sive petere aut requirere putabamus vel poteramus, aliquomodo, in tota illa terra, et in honoribus quos fratres predicti hospitalis vel aliquis per eos tenent, in feodo Ugonis de Pinu ubicumque sunt aliquomodo sine retentione ulla quam ibi non facimus.

Item ego Yspanolis et mei filii, scilicet Gailardus et Raimundus, et Sicardus et Yspanus, damus et concedimus tibi, Poncio de Lordato priori predicto et omnibus tuis sucessoribus et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ut semper cum omnibus vestris bestiis cujuscumque generationis sint de domo predicti hospitalis habeatis pascua et pasturalia in omnibus nostris honoribus de feodo de Remervilla, exceptis blatis et pratis devesis.

Item ego, Yspanolis et mei filii Gailardus et Raimundus, et Sicardus et Yspanus, mandamus et convenimus tibi, domino priori predicto et omnibus tuis successoribus et omnibus aliis fratribus ejusdem domus predicti hospitalis presentibus et futuris, quod omnes illos honores et feodos quos ullomodo adquirere poteritis in feodo de me, Yspanole et filiorum meorum, adquiratis, et omnes illas adquisitiones quas inde faciatis in feodo vel in dominio nostro, mandamus atque convenimus vobis ut illas firmiter laudemus fratribus predicti hospitalis in pace, et sine ullo obstaculo salvis et retentis ibi nostris censibus et usibus, atque dominationibus.

Ita enim, et tali modo ut melius supradictum est et ut melius intelligi potest, Yspanolis predictus ejusque filii predicti Gailardus, scilicet Raimundus, et Sicardus, et Yspanus, per se et per omnem eorum ordinium, omnia hec predicta dona, et totum hoc dederunt et concesserunt, et absolverunt et reliquerunt, domino Deo omnipotenti patri, et filio, et spiritui sancto, et beate Marie, et Sancto Johani, et domui, et pauperibus hospitalis Jerusale[m et] Poncio de Lordato priori atque procuratori domus predicti hospitalis, scilicet de domo Tolose et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ad faciendam inde totam eorum voluntatem s[uam et] fratrum predicti hospitalis presentium et futurorum sine retentione ulla, quam ibi non fecerunt predicti donatores.

Insuper Yspanolis predictus suique filii Gailardus, et R[aimundus, et Sicardus et, Yspa]nus per se et per omnes eorum ordinium ex omni isto dono et predictarum convenientiarum, uti superius scriptum est laudaverunt, et firmo pacto convenerunt facere bonam [et fimam guiren]ciam de omnibus amparatoribus predicto priori et omnibus fratribus et pauperibus predicti hospitalis presentibus et futuris et omni eorum ordinio.

Item totum hoc fuit factum consilio [...] concessu filii predicti Yspanolis Geraldi, qui omnia hec predicta dona, ut melius prescripta sunt dedit et concessit, et totum hoc ut melius intelligi potest laudavit, atque concessit, et affirmavit predicto priori et omnibus aliis fratribus et pauperibus predicti hospitalis tam presentibus quam futuris, et omni eorum ordinio, ad faciendam inde totam eorum voluntatem sine retentione ulla quam ibi non fecit. Geraldus predictus, et ex omni isto dono predicto, ut melius supradictum est, Geraldus predictus laudavit inde atque convenit facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus predicto priori suisque successoribus et omnibus aliis fratribus et pauperibus ejusdem loci presentibus et futuris et omni eorum ordinio de dono et de concessione et laudatione predicti Yspanolis suorumque filiorum scilicet Gailardi et Raimundi et Sicardi et Yspani.

Sunt testes Arnaldus Raimundus de Frenariis, et Raimundus qui dicitur monachus, et Poncius [..., et] Arnaldus Gaucerandus, et Raimundus Poncius de Trivila, et Poncius capellanus, et Willelmus Sancti Andree, et Forto de Deveza, et alii plures qui ibi aderant, et de concessione, et de do[natione …] Geraldi predicti filii Yspanolis sunt testes Arnaldus Gaucerandus, et Gavaldanus filius Gavaldani qui fuit, et Poncius capellanus, et Willelmus Sancti Andree, et Forto de Devesa et [... de Podio] Siurano, et Willelmus Fustarius, et Arnaldus de hospitale, et Andreas molendinarius, et Petrus Vitale carronus, et alii plures qui ibi aderant, et Guillelmus qui hujus tocius rei [...] est et cartam hanc scripsit in mense septembris, feria VI, regnante Philippo Francorum rege, et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo anno M°C°LXXX°VI°[... in]carnatione domini.

18

1187, janvier (v. st.)

Fulcran, évêque de Toulouse, donne en fief à Raimond Garsie, prieur de l'Hôpital de Saint-Rémi de Toulouse, six arpents de bois à Balma, entre le bois de feu Arnaud, celui de Géraud Ruffet et celui des Étrangers. Après essartage dudit bois, il retiendrait sa dîme s'ils voulaient cultiver le blé ou la vigne. Fait avec l'accord de Bernard Pierre de Cossan et Pierre Raimond, qui retiennent leurs cens et usages tant que le bois sera dans leur pignore.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 12.

Notum sit quod dominus Fulcrandus Tolosanus episcopus laudavit et recognovit fevaliter Raimundo Garsie priori ospitalis Jherosolimitani Sancti Remigii Tolose et omnibus fratribus ejusdem ospitalis, presentibus atque futuris, VI aripenta de bosco de Balmare, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quam sunt inter boscum Arnaldi qui fuit et Giraldi Rufelli et boscum de Forasteriis, sicut melius Bernardus Manaderius habuit et tenuit fevaliter de episcopo.

Et convenit inde eis facere guirenciam de omnibus amparatoribus, ex parte dominacionis retentis ibi suis censibus et usibus, scilicet XII d. tol. oblias quos reddant inde ei et suis successoribus quoque anno in Pasca, et reacapte quando evenerit II sol. tol. et de clamore fevi, fidem et IIII d. justiciam si inculpantur fevatarii, et retento ibi quod predictum fevum, nullo modo, detur ad fevum sed si venditur aut impignoratur fiat consilio domini episcopi, qui habeat de unoquoque solido vende I denarium et de quoque solido pignoris maillam, et postquam supra dictum nemus fuerit tractum, si ibi fiebat vinea vel blatum, retinuit ibi dominus episcopus suam decimam que ei reddatur fideliter, et quando de Raimundo Garsie decessum fuerit debent supradicti ospitalarii instituere expressim alium fevatarium qui episcopo sit in loco Raimundi Garsie.

Facta carta mense januarii, feria V, regnante Filipo rege francorum et Raimundo Tolose comite et ipso Fulcrando Tolose episcopo, anno ab incarnatione domini MCLXXXVII. Hujus rei sunt testes Petrus de Marca Faba, et Petrus Regerius causidicus, et Petrus de Sancto Martino, et Willelmus Ugo Rainaldus, et Wilelmus Sancti Saturnini qui cartam scripsit.

Item fuit hoc factum consilio Bernardi Petri de Cossano qui habebat in suo pignore cum Petro Raimundo oblias et dominaciones et hoc totum laudavit et concessit pro se, et pro Petro Raimundo salvis et retentis ibi suis censibus et usibus dum in eorum pignore fuerit. Testes qui supra.

19

1187, décembre (v. st.)

Acte précisant la part obtenue par Gaillard lors du partage des honneurs d'Ispanol entre ses trois fils : lui-même, Sicard et Gérard, effectué en même temps que le partage avec ses deux autres fils, Raymond et Yspanus*. Gaillard a reçu la terre près du poirier de* Mala Mezaila*, la condamine* del Seguelar *près du bois de la Devèze et de la route de la barrière de Beauville, une terre dans l'essart de dame Yspanie, la condamine et les vignes de* Pomaras*, la redevance du quart sur le mailleul de Vital De Prignac, les mailleuls de la terre du Poirier, la terre ayant appartenu à Ermengarde* Molindenarie*, le tiers du bois de la Devèze, et le tiers de tous les prés situés sur les rives de l'Hers. Ces terres confrontaient souvent celles des Hospitaliers de la Devèze, et seront ensuite achetées par eux*[(a)].

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 11.

Hec est carta divisionis et porcionis quam fecerunt infra eos filii dicti Yspanolis, scilicet Gailardus, et Cicardus, et Geraldus, de eorum honoribus quos ad partem eorum evenerunt per partem partitam, quando diviserunt cum aliis eorum fratribus, scilicet cum Raimundo, et Yspano.

Et porcio et divisio talis est quod ad partem Gailardi evenit per suam partitam partem illam terram, quam est ad pirum de Mala Mezaila, et est inter honorem Vitalis de Prinaco, et honorem Bernardi Petri, qui fuit, et stratam. Et evenit ad suam partem illam condaminam del Seguelar qui est latus nemus de Deveso, et latus honorem fratrum hospitalis, et stratam de barraria de Bovilla, et quadronetum terre qui est ultra eandem stratam. Et evenit ad suam partem de illa terra de exarto domina Yspania que est inter honorem Vitalis de Prinaco et honorem fratrum hospitalis. Et evenit ad suam partem terram de Pomarascio, et totam illam condamina, et omnem terram de vineales, sicut melius est infra honorem Vitalis de Prinaco et honorem fratrum hospitalis et honorem capiscolorum, et carrariam qui vadit apud puteum. Et evenit ad suam partem quartum mailolem Vitalis de Prinaco, cum omni dominatione ibi pertinente. Et evenerunt ad suam partem omnes mailoles cum terra in qua sunt de Piro, qui sunt infra mailoles hospitalis et viam publicam. Et evenit ad suam partem illa terra que fuit Ermengarde Molendinarie. Et evenit ei terciam partem tocius nemoris de Devesa cum terra in qua est, uti melius ibi habebant ad Devesam**.** Et evenit ad suam partem tercia pars omnium eorum pratum cum terra in qua sunt, qui sunt in riparia de Yrcio quos ibi habebant domengers qui sunt super stratam, et subtus stratam qui sunt inter prata qui fuerit Petri Willelmi mercatoris, et nausam, et pratum Bertandi Ferrioli, et pratum hospitalis, et flumen Yrcii.

Omnes isto prescriptos honores evenerunt per partem partitam ad partem Gailardi predicti, et Cicardus, et Geraldus solverunt et reliquerunt atque dimiserunt omnes istos prescriptos honores et terras, ut melius includuntur infra predictas adjacentias, fratri eorum Gailardo, et suo ordinio, ad faciendam inde totam suam voluntatem, scilicet ipsius Gailardus et

sui ordinii, sine retentione ulla quam ibi non fecerunt. Et convenerunt inde ei et ejus ordinio esse guirentes de omnibus anpararatoribus ex parte coheredibus. Et omnes istos honores sunt liberos excepta decima de terris laborativis.

Hujus divisionis et porcionis sunt testes Yspanolus pater eorum et filii ejus Raimundus et Yspanius, et sunt inde testes Centullus, et Forto de Devesa, et Guillelmus qui cartam hanc scripsit, in mense decembria, feria IIII, regnante Philippo francorum rege, et Raimundo tolose comite, et Fulcrando episcopo, anno M°C°LXXX°VII° ab incarnatione domini.

(a) Voir chapite III.

20

1188, février (v. st.)

Gaillard, fils d'Ispanol, vend à Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, et à Vital de Prignac quatre arpents de bosquet, et le tiers d'un arpent de pré au-delà de l'Hers, près de la Devèze. La moitié de ces honneurs appartiendra aux frères de l'Hôpital, et l'autre moitié à Vital de Prignac et à son frère Carbonel.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 13.

Sciendum est quod Galardus, dictus filius Ispanolis, vendidit Willelmo Raimundo tunc priori domus Jherosolimitani hospitalis Tolose, et omnibus suis successoribus, et fratribus ejusdem loci presentibus et futuris, et Vitali de Prinaco, et Carbonello fratri suo et eorum ordinio, IIII arpentos bosqui cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, qui sunt ultra flumen Yrcii, apud Devesiam, inter alios honores ipsorum predictorum emptorum, et stratam publicam.

Item, prefatus Galardus vendidit predicto priori, et omnibus suis successoribus et fratribus prefate domus presentibus et futuris, et Vitali de Prinaco, et Carbonello fratri suo et eorum ordinio, terciam partem unius arpenti prati cum terra in qua est, que est ultra ipsum flumen Yrcii, inter alia prata ipsorum emptorum et de supradictis IIII arpentis bosqui cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu.

Et de predicta tertia parte arpenti prati cum terra in qua est, prefatus Galardus convenit facere guirentiam predicto priori et omnibus suis successoribus et fratribus prefate domus presentibus et futuris, et Vitali de Prinaco, et Carbonello fratri suo et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus libere, ita quod pro predicto honore aliquem censum vel usum nec aliquam dominationem vel aliquod servitium alicui homini vel femine aliquo modo non faciant.

Hoc fuit factum consilio et voluntate uxoris ipsius Galardi que vocatur Fais que si aliquod jus vel ullam rationem in toto predicto honore habere videbatur nomine dotis, scilicet vel donationis sive aliquo alio modo aut aliquid in ipso predicto honore petere poterat vel putabat aliquo modo, illud totum absolvit prefata Fais et omnino reliquid Wilelmo Raimundo priori predicto et omnibus suis successoribus et fratribus prefate domus hospitalis Jherosolimitani presentibus et futuris, et Vitali de Prinaco, et Carbonello fratri suo et eorum ordinio, ad totam eorum voluntatem faciendam sine omni retentione quam ibi non fecit.

Item in toto predicto honore istius emptionis habent fratres predicte domus hospitalis et eorum ordinium medietatem, et Vitale de Prinaco, et Carbonellus frater ejus, et eorum ordinium, aliam medietatem.

Facta carta mense februario, feria VI, Phylippo rege francorum regnante, et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini M°C°LXXX°VIII°. Hujus rei sunt testes Bernardus Petrus de Cociano, et Wilelmus Poncius Astro et Wilelmus Poncius de Prinaco et Martinus qui cartam istam scripsit.

21

1188, août (v. st.)

Pierre de Castlare donne en fief à Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, tous les honneurs qui leur ont été donné par le frère de l'Hôpital Ispanol dans le village et l'alleux de la Devèze, ainsi que dans le fief de Remervilla*. De la même façon il donne en fief au prieur toutes les terres que Forton de la Devèze et sa femme avaient acquises* des *enfants d'Ispanol au même endroit. L'Hôpital devra 1 denier d'oublies à rendre annuellement, l'acapte, l'arrière acapte le cas échéant, les lauzimes, la foi et les deniers de justice en cas d'inculpation du feudataire.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 14 paragraphe A.

Sciendum est quod Petrus de Castlare de Vaure laudavit et dedit ad feodum domino Wilelmo Raimundo priori domus hospitalis Jerusalem de domo que est in Tolosa et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et eorum ordinio, omnes illos honores quicumque sint quos fratres predicti hospitali habebant et possidebant vel aliquis pro eis in villa vel in alodio de Devesa vel in feodo de Remervilla, pro dono Yspanolis fratris predicti hospitalis, uti melius continetur illud donum in alia carta ipsius doni quod Yspanolus predictus inde fecerat, et totum illud donum laudavit illis atque concessit Petrus de Castlare predictus.

Item ipsemet Petrus de Castlare predictus laudavit et dedit ad feodum priori predicto et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et eorum ordinio, omnes illos honores quicumque sint quos ullomodo Forto de Devesa suaque uxor Prima emerant vel adquisierant infancium Yspanolis predicti in villa, vel in alodio de Devesa, vel in feodo de Remervilla, uti melius continetur in alia carta illius emptionis vel istius adquisitionis, sicut melius fratres predicti hospitalis et Forto de Devesa vel uxor ejus vel aliquis pro eis predictos honores habebant vel habere debebant aliquomodo usque in illa die in qua hec carta scripsit Willelmus. Totum hoc integriter Petrus de Castlare predictus laudavit et dedit ad feodum predicto priori et aliis fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et omni eorum ordinio**.**

Tali pacto ut in unoquoque anno in Vigilia Natalis Domini donent inde ei vel suo nuncio I d. tol. oblias si ei queritur, et reacapte III d. quando evenerit per mortem domini et per mortem prioris ejusdem domus, et de clamore hujus feodi fide inde habeat dominus et IIII d. justiciam si juste inculpabuntur ; et si predictos honores vel aliquid predictorum honorum vendiderint aut impignoraverint, sit factum consilio domini, et habeat inde de tota venditione III d., et non amplius et ex omni impignoratione III d., et non amplius. Et cum istis predictis censibus et usibus ibi retinentis sine pluribus et absque ulla alia dominatione, dominus Petrus de Castlare laudavit et convenit facere bonam et firmam guirentiam de toto hoc feodo predicto de omnibus anparatoribus ex parte dominationis predicto priori et aliis fratribus ejusdem domus predicti hospitalis presentibus et futuris et omni eorum ordinio.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Sancto Romano, et Arnaldus Gaucerandus, et Engilbertus sacerdos, et Raimundus Vitalis, ejusque frater Petrus Vitalis, et Arnaldus de Castilone Gauterius, et Petrus Furnarius sartor, et Guillelmus, qui cartam hanc scripsit in mense Augusti, feria IIII, regnante Philippo francorum rege et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo anno M° C° LXXX° VIII° ab incarnatione domini.

22

1188, août (v. st.)

Pierre de Castlare abandonne la foi et les deniers de justice que lui devaient Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, pour l'inféodation décrite dans l'acte précédent.
A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 14 paragraphe B.

Sciendum est quod Petrus de Castlare sua propria voluntate amore dei et redemptione anime sue dedit et demisit predicto priori Wilelmo Raimundo et omnibus fratribus predicti hospitalis, quod ipsi neque eorum ordinium pro predicto feodo, non donent inde ei neque suo ordinio fide nec justiciam ullomodo in aliquo tempore, et ex isto dono Petrus de Castlare debet inde eis esse guirens de omnibus amparatoribus.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Sancto Romano, et Arnaldus Gaucerandus, et Poncius Capellanus frater predicti hospitalis, et Thomas sacerdos nepos alterius Thome, et Petrus Raimundi capellanus de Viridifolio, et Petrus Furnarius sartor, et idem Guillelmus qui cartam hanc scripsit, in mense augusti, feria IIII, anno M°C°LXXX°VIII° ab incarnatione domini.

23

1189, mai (v. st.)

Gaillard, fils d'Ispanol, vend à Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, la totalité de son tiers du bosquet de la Devèze, ainsi que la totalité du pré se trouvant entre l'Hers, l'honneur de l'Hôpital, celui de Vital de Prignac, et celui de Bertand Feriol et jusqu'à la terre de Nava. *Il vend également la totalité de ses droits sur l'île qu'Arnaud Coste tenait pour lui et pour ses frères. Ce dernier devra désormais donner ses redevances annuelles aux frères de l'Hôpital.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 15.

Sciendum est quod Galardus filius dictus Yspanolis vendidit et vendendo absolvit et reliquid, consilio et voluntate domine Fais uxoris sue, que totum hoc laudavit et concessit Guillelmo Raimundo priori domus hospitalis Jherilimis Tolose et omnibus suis successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus atque futuris, totam suam terciam partem de bosco de Devesa cum terra in qua est, et totum illud pratum cum terra in qua est, quod est inter honorem hospitalis, et honorem Vitali de Prinaco, et Poncii fratris ejus, et Yrcium, et tenet de honore Betrandi Feriolli usque ad terram de Nava, et omnia illa jura que habebat in illa ysola quam Arnaldus Costa tenebat ab eo, et a suis fratribus, ad totam eorum voluntatem inde faciendam sine aliqua retencione quam ibi non fecit. Et de tota hac predicta vendicione predictus Galardus laudavit et convenit facere bonam et firmam guirrenciam predicto Wilelmo Raimundo priori et suis successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus atque futuris de omnibus amparatoribus.

Facta carta mense mense madii, feria V, regnante Philippo francorum rege, et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnacione domini M° C° LXXX° VIIII°. Hujus rei sunt testes Fortis de Devesa, et Hacarias sutor, et Poncius de Turre, et Raimundus Johanis qui cartam istam scripsit.

Et Arnaldus Costa mandato predicti Galardi convenit reddere et dare quoque anno predicto Wilelmo Ramundo priori domus hospitalis jherulimis Tolose et suis successoribus et fratribus ejusdem domus, presentibus atque futuris, omnia illa jura que Galardo de predicta Ysola debebat dare et dominaciones ibi pertinentes quando evenerit, in pace et sine omni placito. Testes sunt hujus rei, idem predicti testes.

24

1192, août (v. st.)

Gaillard, fils d'Ispanol, vend à Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, tous les honneurs qu'il avait à la Devèze, une terre au Poirier de Mala Mezale*, une condamine au lieudit* del Seguelar, *qui est proche du bois de la Devèze, une terre de l'essart de la seigneur Yspanie, une autre condamine, ainsi que les terres de vigne près de la rue du Puit, des vignes sur la terre ayant appartenue à Sainte Emengarde Monarie, et, pour finir, la redevance du quart sur les vignes de Vital de Prignac et toutes les redevances qui les concernent. Le seigneur Pierre de Castlare confirme ensuite la vente de ces fiefs en prenant le prieur Guillaume Raimond comme feudataire.*
A. Original, parchemin tâché, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 16.

Notum sit quod Galardus, filius Yspanoli, vendidit dompno Guillelmo Ramundo priori domus hospitalis Jerusalem Sancti Remigii de Tolosa, et successoribus suis et habitatoribus predicti hospitalis, presentibus atque futuris, omnes illos honores quos habebat ad Devesam scilicet illam terram quam est ad Perer de Mala Mezale, inter terram Vitali de Prinaco, et honorem Bernardi Petri qui fuit, et stratam, et condaminam del Seguelar quam est latus nemus de Deveso, et juxta honorem fratrum hospitalis, et stratam de barraria de Bovilla, et quadronum terre qui est ultra eandem stratam, et terram de exarto de Yspania, quam est inter honorem Vitali de Priniaco, et honorem fratrum hospitalis, et terram de Pomarascio, et condaminam, et terram de vinealibus que est inter honorem Vitali de Prinaco, et honorem fratrum hospitalis, et honorem qui fuit de capiscolis, et carrariam que vadit ad puteum, et quartum vinee Vitali de Prinaco cum omni pertinenti dominatione, et maloles cum terram in qua sunt del Perer, qui sunt inter maloles hospitalis et viam publicam, et illa terra que fuit Sancti Emengarde Molinarie, et vineam cum terra in qua est, qui est inter vineam Petri Guidonis, et inter vineam quam fuit Yspanoli, et viam publicam.

Omnes istos supradictos honores sicut Galardus melius habebat et possidebat, vel homo vel femina, per eum vel de eo, ita bene Galardus vendidit et absolvit et dimisit omnes predictos honores prefato priori et successoribus suis, et habitatoribus predicti hospitalis presentibus atque futuris, et debet et convenit inde eis esse guirens de omnibus amparatoribus.

Hoc fuit factum cum consilio domine Fais uxoris predicti Galardi qui hoc laudavit et concessit ; et si aliquod jus habebat vel habere debebat nomine dotis vel donationis sive ullomodo in predictis honoribus, illud absolvit et dimisit predicto priori et successoribus suis et habitatoribus prefati hospitalis presentibus atque futuris, absque ulla retencione quam ibi non fecit.

Pretera Petrus des Castlar laudavit et dedit ad feodum prenomination priori et successoribus suis, et habitatoribus predicti hospitalis presentibus atque futuris omnes supradictos honores sicut predictus Galardus melius illos honores habuit et tenuit vel aliquis vel aliqua per eum vel de eo.

Tali pacto dedit eis hoc feodum ut in unoquoque anno in festo Sancti Thome reddant, inde ei, III obolos et dimidium Tolose oblias si queruntur, et reacapte V d. et medium obolum quando evenerit, et de tota vendicione V d. et medium obolum, et de tota inpignoratione V d. et medium obolum, et non plus. Et cum istis supradictis censibus et usibus sine plus ibi retentis, dominus Petrus des Castlar debet et convenit garire supradictos honores predicto priori et successoribus suis et habitatoribus predicti hospitalis, presentibus et futuris, de omnibus amparatoribus ex parte dominationis. Et quando hec carta fuit scripta erant III menses transacti quod predicta vendicio fuit facta et donum feodi datum horum omnium qua predicta sunt.

Testes sunt Poncius Capellanus et Bernardus Gavaldanus, et Vitalis de Priniaco, et Forto de Devesa, et Bernardus de Podio Siurano. Et sunt similiter testes de toto excepto de laudacione domine Fais, Poncius de Prinag, et Carbonellus. Ad hoc omnia fuit Arnaldus Ferrucius presens, et est de toto testis, et scripsit cartam istam mense augustus, feria V, regnante Philippo rege francorum, et Ramundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini M°C°LXXXX°II°.

25

1193, avril (v. st.)

Bernard Arganhat, et sa femme Dias, ont vendu à Gaillard Ispanol le quart ainsi que toutes les redevances dues pour quatre arpents de pré entre la rive de l'Hers et le pré de Pierre Guidon.

A. Original, parchemin dont la partie gauche est effacée par l'usure, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 17.

Sciendum est quod Bernardus Arganhadus, et ejus uxor Dias, eorum bona voluntate solverunt et dimiserunt et vendiderunt Galardo Ispaniolo et ejus ordinio quartum et [dominatio]nes de illis quatuor aripentis pratorum, cum terra in qua sunt, que tenebat domina Centulla et sui filii de Ispanole, et de sua uxore R[icarda] que sunt in riparia Ircii juxta prata Petri Guidonis qui fuit, et convenerunt inde facere guirentiam Galardo et ejus ordinio de omnibus amparatoribus qui pro eis vel ex eorum partibus aliquid ibi ampararent vel peterent.

Facta carta venditionis hujus mense aprilis sabbati, regnante Philippo rege francorum, et Ramundo Tolosano comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini M°C°LXXXX°III°.

Hujus rei sunt testes Willelmus Petrus de Sancto Amancio, et Sicardus Ispanolus, et Geraldus Ispanolus, et Arnaldus clavellus, et Arnaldus Bernardus, et Arnaldus Willelmus Ferrucius qui cartam istam scripsit.

26

1193, avril (v. st.)

Fulcrand, évêque de Toulouse, est parvenu à un accord avec les Hospitaliers concernant certaines réclamations qu'il avait faites pour des terres ayant appartenu aux Étrangers. Parmi elles : une terre ayant appartenu à Pierre Brun, une terre située au lieudit de l'essart de Mainade ayant appartenu à Hugues du Pin, un pré ayant appartenu à Ispanol, trois deniers d'oublies pour le pré de feu Bernard Etienne, le quart du pré de Calciata *ayant appartenu à Hugues du Pin, les prés appartenant à Ispanol et l'île tenu par Arnaud Coste, les prés ayant appartenu à Centule, la quatrième partie des quartiers de pré de Ponce Umbert, le pré des ermites d'Eunis, le pré de Bernard de Saint-Amand, le pré de Bertrand Ferriole, le pré des fils de Pierre God, le pré des fils de Bernard Etienne et le pré des fils de Jean Signa. Conformément à la donation en fief rédigée par Ponce Vital entre l'évêque et les Étrangers, stipulant les cens et droits d'usage dus à l'évêque, les Hospitaliers devront lui payer tous les ans 12 deniers d'oublies, deux sous de réacapte le cas échéant et 5 sous de justice s'ils étaient justement inculpés. De plus, il abandonne toutes ses réclamations sur les parts de dîme détenues par les Hospitaliers dans le dîmaire de* Remervilla*, à l'exception des récoltes en blé et en avoine dont il retient la moitié.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 18.

Notum sit quod facta fuit finis et concordia inter dominum Fulcrandum Tolosanum episcopum et fratres domus hospitalis Jerusalem Sancti Remedii de Tolosa de peticionibus quas predictus episcopus eis faciebat in honoribus qui fuerunt de Forasteriis quos fratres hospitalis predicti et Forto tenent, qui honores sunt hii, scilicet : illa terra que fuit Petri Brunonis que est inter terram episcopi et terram Vitalis de Priniaco ; et illa terra que est ubi vocatur exartum Mainada que fuit Ugonis de Pinu, et est inter terram Arnaldi Fornerii, et terram Vitalis de Priniaco ; et illud pratum quod fuit de Ispanolo quod est inter pratum Petri Ramundi et pratum Petri Ugonis ; et III d. obliarum de prato quod fuit Bernardi Stephani, quod est inter pratum David de Roaxio et stratam publicam ; et quartum de prato de Calciata quod fuit Ugonis de Pinu ; et illa prata que fuerunt Ispanolis, et izolam quam tenet Arnaldus Costa que sunt inter prata Terreni de Ava qui fuit, et pratum Vitalis de Prinhag et Carbonelli fratris sui, et inter pratum Bertrandi Ferrioli ; et illa prata que fuerunt de Centulla, que sunt inter pratum Vitale de Prinhag et pratum Poncii Umberti et Johannis Curta sola ; et quartam partem de quartis de pratis Poncii Umberti et Johannis Curta sola et de prato heremitanorum de Eunis, et de prato Bernardi de Sancto Amancio, et de prato Bertrandi Ferrioli, et de prato filiorum Petri God et de prato filiorum Bernardi Stephani, et de prato filiorum Johannis Signarii.

In istis supradictis honoribus petebat prefatus episcopus suos census et usus, tales scilicet quales ferasterii faciebant inde episcopo sicut in carta concordie episcopi et forasteriorum quam Poncius Vitale scripserat continetur. Et de hoc quod prefatus episcopus in istis predictis honoribus petebat fuit facta concordia inter predictum episcopum et fratres predicti hospitalis. In qua concordia dominus Fulcrandus prenominatus episcopus, pro se et pro successoribus suis, absolvit et dimisit Willelmo Raimundo priori domus hospitalis Jerusalem Sancti Remedii de Tolosa, et successoribus suis, et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, totum hoc quod in istis supradictis honoribus petebat vel petere poterat ullomodo absque ulla retencione quam ibi non fecit. Hoc ita facto prefatus episcopus laudavit et fevaliter dedit supradictos honores sicut inter predictas adjacentias concluduntur predicto priori et successoribus suis et habitatoribus predicti hospitalis presentibus et futuris.

Tali pacto dedit eis hoc feodum ut in unoquoque anno in festo Sancti Thome reddat, inde ei, XII d. tol. oblias, et reacapte II sol. quando evenerit. Si clamorem habet dominus pro hoc feodo fide habeat et V sol. justiciam si inculpatur feodotarius. Et predictus feodotarius nec successores ejus neque habitatores predicti hospitalis non debent predictos honores dare ad feodum nec aliquomodo alienare ut dominus perdat inde aliquam suam dominationem, sed si voluerint illos honores vendere aut inpignorare faciant consilio domini, et reddant inde ei de unoquoque sol. vendi I d. et de unoquoque sol. pignoris I obolum. Insuper dominus predictus episcopus convenit garire predictos honores prefato priori, et successoribus suis, et habitatoribus predicti hospitalis, presentibus et futuris, de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Item predictus episcopus absolvit et dimisit predicto priori et successoribus suis et habitatoribus ejusdem domus presentibus et futuris, totum hoc quod petebat vel petere poterat in decimis de Remerio Villa, scilicet in tanto quanto fratres predicti hospitalis vel aliquis vel aliqua pro eis vel de eis ibi habent et possident, excepto de medietate decime frumentorum, et de avenis. Totum quicquid amplius prefatus episcopus petebat vel petere poterat in predictis decimis, et in hoc quod fratres predicti hospitalis vel aliquis vel aliqua pro eis vel de eis ibi habeant et possident, illud totum absolvit eis et dimisit predictus episcopus, absque ulla alia retencione quam ibi non fecit.

Facta carta mense aprilis, feria V, regnante Philippo rege Francorum, et Ramundo Tolosano comite, et eodem Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini

M°C°LXXXX°III°. Hujus rei sunt testes Bernardus Petrus de Cossa, et Petrus de Marcafaba, et Poncius capellanus, et Bernardus de Podio Siurano et Arnaldus Ferrucius qui cartam istam scripsit.

27

14 décembre 1194

La dame Prime, de sa propre volonté, en paix et sans qu'elle n'y soit contrainte, renonce, au profit d'Aimeric, prieur de la maison de l'hôpital, à toutes les terres et honneurs qui sont au-delà de l'Hers, et qu'elle avait acquises avec son défunt mari Forton de la Devèze, qu'il s'agisse des terres cultes et incultes, des vignes, des prés, des pacages, des cens et des usages, ou plus généralement de tout ce qu'elle pouvait posséder sur ces terres.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 378.

Notum sit quod domina Prima, quondam Fortonis de Sa Devesia, sua propria ac spontanea voluntate, in pace et sine ulla vi, absolvit et reliquit atque dimisit domino Aimerico priori domus Jerusalem Tolose, et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et omni ordinio eorum, omnes illas terras et honores que sunt ultra flumen Yrcium, sicut melius ipsa domina Prima predicta habebat, adquisierat cum Fortono de la Devesa marito suo qui fuit, scilicet terras cultas et incultas, vineas, prata, pascua, introitus et exitus census et usus, et denique super amplius totum quicquid ibi haberet vel habere debet domina Prima predicta, et sicut melius ei pertinebat omnes terras et honores que sunt ultra flumen Yrcium.

Ita bene totum hoc integre domina Prima predicta absolvit et reliquit atque dimisit domino Aimerico priori predicte domus et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et omni ordinio eorum absque ulla retencione quam domina Prima predicta ibi non fecit. Et de hac predicta absolucione, sicut melius supra scriptum est et intelligi potest, domina Prina predicta laudavit et convenit inde facere bonam et firmam guirenciam, de omnibus amparatoribus domino Aimerico priori predicto, et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, et omni ordinio eorum qui exparte ejus vel per eam ibi aliquid ibi pecierit vel amparaverit aliquo modo.

Hujus absolucionis et istius rei prescripta sunt testes Ramundus Poncius de Serras, et Poncius capellanus ecclesie Sancti Remigii et Bovisvilla, et Bernardus de Lascuina, et Bernardus Reilol, et Bernardus de Podio Suirano, et Petrus de Audivilla qui hanc cartam scripsit in mense decembris, XIIII dies ad introitum, feria IIII, regnante Philipo rege francorum, et Ramundo Tolosano comite, et Fulcrando episcopo, anno M°C°LXXXX°IIII° ab incarnacione domini.

28

1195[(a)] (v. st.)

Raimond Gras, Arnaud Guillaume Brun et Pierre Brun, fils de feu Pierre Brun, donnent, pour le salut de leur âme et pour celle de leur défunt père, à Aimeric, prieur de l'Hôpital, les quatre sous d'oublies que l'Hôpital devait leur rendre annuellement pour le fief de Remervilla. *Sont cependant retenus quatorze deniers d'oublies que Pierre Brun, le père de Raimond Gras et ses frères, tenaient en fief d'Hugues du Pin, et qui devront être rendus annuellement à ses enfants.*

A. Original, mai 1196 (v. st.) parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 19.

B. Copie notariée, mai 1196 (v. st.), établie par Arnaud Ferrus, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 20b.

Texte établi d'après *A*.

Quoniam labilis est memoria hominum sollercia antiquorum instituit dona et pacta et conventiones contractuum scripturarum laquis innodare innotescat igitur omnibus presentibus atque futuris hanc cartam legentibus vel audientibus, quod ego Raimundus Grassus, et ego Arnaldus Willelmus Brunus, et ego Petrus Brunus eorum fratrum nos omnes gratis pro dei amore, et pro salute anime Petri Bruni nostri patris et nostrarum animarum, donamus domino deo, et tibi Aimerico priori domus hospitalis Jerosolimitani Sancti Remedii Tolose, et successoribus tuis, et habitatoribus ejusdem loci presentibus atque futuris, illos IIII sol. tol. obliarum cum omnibus pertinentibus dominationibus, et totum censum et usaticum quod nobis faciebatis pro toto feodo quod de nostro patre jam dicto tenuistis in feodo de Remervila, et post suum decessum de nobis tenebatis, scilicet pro omnibus honoribus et pro toto hoc quod de nobis tenebatis in feodo de Remervila sicut in carta illius feodi, quod de nostro patre adquisistis continetur. Et de istis supradictis IIII sol. tol. obliarum, et de omnibus dominationibus ad illos IIII solidos presentibus ego Ramundus Grassus, et ego Arnaldus Wilelmus, et ego Petrus Brunus erimus guirentes tibi Aimerico prefato priori, et successoribus tuis, et habitatoribus predicti hospitalis presentibus atque futuris, de omnibus amparatoribus, retentis ibi XIIII denarios tolosanensis quos pro nobis inde reddatis singulis annis in festo Sancti Thome infantibus Ugonis de Pinu, et dominationes, qua ad predictos XIIII denarios pertinent ubi evenerint ab hac die in antea.

Item ego Raimundus Grassus, et ego Arnaldus Wilelmus, et ego Petrus Brunus ponimus et statuimus te Aimericum prenominatum priorem et successores tuos, et habitatores predicti hospitalis, nostrum ordinium de guirentia, et de toto hoc quod infantes Ugonis de Pinu nobis tenentur et facere debent pro feodo de Remervila, qui est in feodo de Deveza quod Petrus Brunus noster pater de Ugone de Pinu tenuit.

Et quando hac carta fuit scripta erat unus annus et amplius transactus quod hoc fuerat factum. Hujus rei sunt testes Poncius Capellanus, et Wilelmus de Faniavo, et Arnaldus Wilelmus Rainaldus, et Bernardus de Podio Siurano, et Arnaldus Ferrucius qui cartam istam scripsit, mense madio, feria VI, regnante Philipo rege francorum, et Raimundo Tolose comite, et Fulcrando episcopo, anno ab incarnatione domini M° C° LXXXX° VI°.

(a) Le contenu de l'acte renseigne sur l'année à laquelle celui-ci a été conclu, en l'occurrence une année avant sa mise par écrit.

29

24 avril 1198

Pierre Roger, fils de Bernard Roger, vend à Sanche Garsia prieur de l'Hôpital, toute la terre qui se trouve au pech *de la Fontanière, à Balma, sous les honneurs des mêmes frères de l'Hôpital et sous les vignes du même Pierre Roger. Il retient une obole de* servicium.

A. Original, parchemin endommagé, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 21.

Manifestum sit cunctis, tam presentibus quam futuris, quod Petrus Rogerius filius dictus Bernardi Rogerii, qui fuit, consilio voluntate Bernardi Rogerii sui fratris, qui totum hoc laudavit et concessit vendidit et vendendo solvit et reliquit atque dimisit Sancio Garsie de Aura priori domus hospitalis Jerosolimis Tolose, et omnibus aliis fratribus atque habitatoribus ejusdem domus, presentibus et futuris, et omni eorum ordinio, totam illam terram que est in Podio de Fontana Balmare, infra alios honores ipsorum fratrum predicti hospitalis, et vineas que tenentur ipsius Petri Rogerii, et cum introitu et exitu.

Totam hanc predictam terram uti melius includitur infra predictas adjacentias, et uti melius Poncius Vitalis scriptor, et ejus uxor habuerant et tenuerant aut aliquis homo vel femina pro eis vel de eis, ita bene Petrus Rogerius vendidit illam prefato priori et aliis fratribus atque habitatoribus ipsius domus presentibus et futuris et omni eorum ordinio per faciendam inde totam eorum voluntatem, sine omni retentu quem ibi non fecit, neque retinuit Petrus Rogerius predictus nisi tantum, quod fratres hospitalis debent inde dare in unoquoque anno in festo Ominium Sanctorum, unum obolum servicium si eis queritur, et I d. reacapte quando obvenerit, et non plus sine ulla dominatione quam inde non faciant alicui viventi ; quod obolum servicii, et predictum denarium reacaptacionis debent facere illi domino de quo tenebatur predicta terra.

Insuper venditor Petrus Rogerius hoc servicio solum modo ibi rentento sine plure de tota hac predicta terra cum introitu et exitu, uti melius terminatur infra predictas adjacentias laudavit inde atque convenit facere bonam et firmam guirentiam prefato priori et aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et eorum ordinio de omnibus amparatoribus libere.

Hu[jus rei sunt te]stes Vitale Capellanus ecclesie beate Marie de Albate, et Willelmus Raimundus de Insula, et Bernardus Rogerius frater, Petri Rogerii et Raimundus P[...]a et frater Bernardus Aimericus hospitalarius, et Bernardus de Podio Siurano, et Petrus de Veteri Tolosa, et Guillelmus qui cartam istam scripsit hoc f[...] et concessum in mense aprilii, VII die in exitu, regnante Philippo francorum rege, et Raimundo Tolosano comite, et Fulcrando episcopo [M°C°L°]XXXX°VIIII° ab incarnatione domini.

30

24 mai 1201

Guillaume Raimond, prieur de l'Hôpital, et Pierre de Castlare de Lavaur s'accordent sur une nouvelle inféodation des fiefs que l'Hôpital tenaient de quatre acquisitions précédentes dont les chartes sont précisément évoquées[a].) Les clauses de l'inféodation se révèlent inhabituelles, avec des lauzimes à taux élevé et l'abandon de la foi et des prérogatives de justice.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 22.

Hec est carta finis et concordie quam fecerunt fratres domus hospitalis Jerosolimis Tolose pro se ipsis et pro domino Willelmo Raimundo priore ejusdem domus et pro omnibus aliis habitatoribus ipsius domus presentibus et futuris, cum Petro de Castlare de Vaure qui fecit, pro se et pro omnibus suis infantibus et pro omnibus suis heredibus et pro omne suum ordinium, ex omnibus ille honoribus quos prefatus prior et fratris atque habitatores ejusdem domus predicti hospitalis habebant et tenebant fevaliter de eodem Petro de Castlare ad Devesam et ad Remervillam vel in aliis locis, uti melius illi honores continentur et terminantur in illis quatuor instrumentis quas fratris predicti hospitalis ibi produxerunt de feodis et de adquisitionibus illorum honorum quos tenebant fevaliter de eodem Petro de Castlare, ex quibus IIII instrumentis scripsit Guillelmus scriptor duo que se dividerant cum aliis per alfabetum, et Arnaldus Ferrucius unam, et Arnaldus de Inter Ambabus Aquis scripsit aliam que fuit divisa per alfabetum cum alio

instrumento. Ex omnibus illis honoribus qui in eisdem IIII instrumentis continentur et terminantur venerunt ad concordiam fratres predicti hospitalis cum eodem Petro de Castlare.

In qua concordia ipse Petrus de Castlare, per se et per omne suum ordinium, laudavit et recognovit fevaliter prefato priori et aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris omnes illos honores quos fratres predicti hospitalis habebant et tenebant in villa vel in alodio de Devesa, et in feodo de Remervilla**,** uti melius Ugo de Pinu, vel Borrellus Falquetus aut Falquetus pater predicti Borrelli, istos honores habuerunt et tenuerunt vel aliquis aut aliqua per eos vel ex illis quicumque fuit, illi honores vel ubicumque ibi sint, uti melius terminantur et adjacentiantur illi honores in alia carta ipsius feodi, quam scripsit predictus Guillelmus que fuit divisa per alfabetum.

Item Petrus Castlare laudavit et recognovit atque fevaliter dedit prefato priori et omnibus aliis fratribus predicti hispitalis presentibus et futuris et eorum ordinio omnes illos honores quos fratres predicti hospitalis habebant et tenebant aut aliquis vel aliqua pro eis vel ex illis vel habere aut tenere debebant in villa vel in alodio de Devesa vel in feodo de Remervilla quicumque sint illi honores de dono Yspaniole fratris predicti hospitalis, et sicut melius illi honores sunt aut debent ibi esse ullo modo de emptione et de adquisitione quam Forto de Devesa et Prima uxor ejus fecerant infancium predicti Yspaniolis. Uti melius hoc omnia continentur et terminantur in carta doni predicti Yspaniolis et uti melius continetur et in carta adquisitionis et emptionis quam Forto de Devesa et prima uxor ejus fecerant infancium predicti Yspaniolis et uti melius continetur in carta feodi quam Petrus de Castlare inde laudaverat quam predictus Guillelmus scripserat qui fuit divisa per alfabetum.

Item Petrus de Castlare laudavit et recognovit atque fevaliter dedit prefato priori Willelmo Raimundo et omnibus aliis fratribus ejusdem domus predicti hospitalis presentibus et futuris et eorum ordinio medietatem omnium illorum honorum quos prefatus prior et fratres domus hospitalis cum Vitali de Prinaco et cum Carbonello frater suo adquisierant per medium qui honores fuerunt Yspanolis sueque uxoris Ricarde suorumque filiorum, qui honores sunt ultra Salsam et ultra Yrcium, uti melius illi honores terminantur et ad jacentiamtur in alia carta feodi quam Petrus de Castlare laudavit quam scripsit Arnaldus de Interambabus aquis qui fuit divisa per alfabetum.

Item Petrus de Castlare laudavit et recognovit atque fevaliter dedit prefato priori et omnibus aliis fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et eorum ordinio omnes illos honores et terras et vineas et mailoles cum terra in qua sunt, quos prefatus prior et fratris predicti hospitalis adquisierant a Gailardo Yspaniole et de sua conjuge Fais, uti melius illos honores idem predictus prior et fratris predicti hospitalis illos honores tenebant fevaliter de eodem Petro de Castlare. Uti melius continetur in alia carta illius adquisitionis et feodi quam Arnaldus Ferrucius scripsit.

Ita bene Petrus de Castlare laudavit et recognovit atque fevaliter dedit omnes istos predictos honores, uti melius terminantur et adjacentiantur, in predictis IIII instrumentis, et uti melius prefatus prior et fratris ejusdem domus atque habitatores predicti hospitalis illos honores habebant et tenebant vel tenere et habere debebant ipsi vel aliquis aut aliqua pro eis vel de eis ullomodo.

Tali pacto dedit illis et recognovit fevaliter omnia hec predicta feoda et omnes istos predictos honores horum feodum ut in unoquoque anno in Vigilia Natalis domini reddant inde ei vel suo nuncio pro omnibus his feodis et pro omnibus honoribus horum feodum VIII d. et m. tol. oblias si eis queruntur et reacapte II sol. et III meza. quando evenerit per mortem domini honoris et per mortem uniuscujusque prioris predicti hospitalis qui prior exsistens hobierit ; et de tota hac vendicione omnium predictorum honorum horum feodum habeat dominus predictus II sol. et III m. et non plus ; et si aliquid horum honorum vendiderint, habeat inde dominus predictus suos pax ad eadem rationem II solidorum et III m. et de tota impignoratione omnium predictorum honorum habeat inde dominus predictus II sol. et III d. tol. pax et non plus ; et si

aliquid horum honorum impignoraverint habeat inde dominus predictus suos pax ad eadem rationem II solidorum et III m. et cum istis predictis censibus et usibus ibi retentis sine plure sine fiducia et sine justicia et absque ulla alia dominatione quam ibi non retinuit, dominus predictus Petrus de Castlare pro se, et pro omnibus suis infantibus et per omne suum ordinium, laudavit atque convenit facere bonam et firmam guirentiam de omnibus honoribus omnium predictorum feodum de omnibus amparatoribus ex parte dominationis prefato priori et omnibus fratribus predicti hospitalis presentibus et futuris et eorum ordinio.

Hoc ita concesso et laudato ibidem Petrus de Castlare habuit et tenuit se per bene paccatum de toto quantum in his predictis feodis petebat aut requirebat sive petere aut requirere poterat aut putabat ullo modo usque in illa die in qua istam cartam scripsit Guillelmus et totum ab integrum absolvit predictus dominus predicto priori et aliis fratribus predicti hospitalis sine omni retentu quem ibi non fecit, nisi predictos census et usus quos ei dentur deinde uti superius terminantur et sicut predictum est.

Hujus recognitionis et istius rei prescripte sunt testes Arnaldus filius dictus Petri Trunni Bistiacii qui fuit, et Raimundus Poncius de Trivilla, et Raimundus Vitalis, et frater Bernardus Aimericus, et Bernardus de Podio Siurano, et Willelmus Raimundus de Ylia, et Willelmus de Garrig doit sartor, et Guillelmus qui cartam istam scripsit in mense madii sabbato.

Hoc fuit factum in eodem mense madii, feria V, VIII die in exitu, regnante Philippo francorum rege, Raimundo Tolosano comite, episcopali sede vacante, anno M°CC°I° ab incarnatione domini.

(a) L'acte fait référence à : deux instruments écrits par Guillaume le scribe qui correspondent aux actes n°21 et 16 ; un instrument écrit par Arnaud Ferrus qui correspond à l'acte n°24 ; et un dernier instrument écrit par Arnaud de Tramezaïgues dont le parchemin a été perdu (Voir chapitre II.)

31

1202, mai (v. st.)

Testament de Pons Bernard de Magantron qui donne aux Hospitaliers toute sa terre située au-delà de l'Hers et touchant à leurs terres. Des mille sous qu'il a acquis, il donne cinquante à l'église de Saint-Sernin et aux chanoines, trois cents à Ricsende sa domestique, et dix à Bernarde. Geraud Mercier et Guillaume de Trenis devront distribuer le reste de ces mille sous aux églises, aux hôpitaux, aux léproseries, aux ponts et aux pauvres. Ils se partageront tous les biens de Pons, maisons et casaux, vignes et mailleuls prés et terres, honneurs, blés et vins, vaisselle et draps et autres équipements, une fois distribués ces mille sous et honorablement pourvu à l'enterrement de Pons.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 380.

Hoc est carta ulterioris testamenti et ultime disposicionis quam fecit Poncius Bernardus de Magantruno in illa infirmitate de qua obiit, tamen cum suo bono sensu et in sua bona memoria, in presencia Geraldi Mercerii, et Willelmi de Trenis, et in presencia Johannis capellani ecclesie Sancti Saturnini, et Petri de Bernarda, et Willelmi filii dicti Willelmi Bernardi de Magantruno qui fuit, et Ramundi Agoberti publici notarii, testamentum suum ordinavit in hunc modum.

Ego Poncius Bernardus de Magantruno, considerans multitudinem peccatorum meorum amore dei et redemptione anime mee, dono et dispono hospitali Sancti Remigii totam illam terram qua habeo et possideo ultra Yrcium juxta honores ejusdem hospitalis. Et accipio de meis bonis M sol. tol. de quibus dono et dispono, L sol. tol. ecclesie Sancti Saturnini et quod canonici recipiant me in predicta ecclesia pro canonico. Et dono, dispono de illis M sol. tol. Ricsende mee famule XXX sol. tol. pro tota sua voluntate facienda, et Bernarde X sol. tol. pro tota sua

voluntate facienda. Sed totum super plus quod de predictis M sol. tol. Superaverit, me formito honorifice, mando et statuo, et dispono, ego Poncius Bernardus, quod Geraldus Mercerius et Willelmus de Trenis donent et dividant illus plus ecclesiis, et hospitalibus, et missellariis, et pontibus, et pauperibus, et in aliis locis amore dei et redemptione anime mee, et anime patris mei ubi eis melius videbitur totum eorum cognitione.

Et quod de divisione predictorum M sol. tol. credantur Geraldus Mercerius et Willelmus de Trenis eorum verbo sine sacramento, et absque testibus totum quicquid plus habeo et possideo et habere et possidere debeo ullo modo ego Poncius Bernardus, scilicet domos et casales, et vineas et maloles, et prata et terras, et honores, et blata et vina, et vaxella et pannos, et aptamenta, aut quicquid aliud sit mobile et immobile ullo modo totum integre, ego Poncius Bernardus de Magantruno, dono et dimitto atque dispono Willelmo de Trenis et filiis Geraldi Mercerii Geraldo et Poncio ejus fratri, scilicet Willelmo de Trenis, de toto medietatem pro tota sua voluntate inde facienda, et aliam medietatem de toto filiis Geraldi Mercerii, Geraldo et Poncio pro omni eorum voluntate inde facienda. Nam ita, et tali modo, ego Poncius Bernardus facio meum ultimum testamentum et meam ultimam dispositionem, et mando et statuo et dispono quod testamentum et hoc disposicio firmiter habeatur et teneatur et a nullo vivente removeatur.

Hoc totum fuit ita laudatum ac concessum VIII die in exitu mensis aprilii, facta est carta hujus testamenti, et disposicionis, mense madii, feria II, regnante Philippo rege francorum, et Ramundo Tolosano comite, et Ramundo electo episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°II°.

Hujus tocius rei prescripte sunt testes predicti probi homines scilicet Geraldus Mercerius, et Willelmus de Trenis, et Johanis Capellanus ecclesie Sancti Saturnini, et Petrus de Bernarda, et Willelmus filius dictus Willelmi Bernardi de Magantruno qui fuit, et Ramundi Agobertus qui cartam istam scripsit.

32

1203, avril (v. st.)

Raimond, évêque de Toulouse, donne en fief à Ponce Capel, commandeur de l'Hôpital, six arpents de terre et de bois dans le bois près de Balma, que Bernard Manadier tenait de lui en fief. L'évêque retient douze deniers d'oublies, et la dîme si la terre était défrichée pour semer du blé ou planter de la vigne.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 23.

Notum sit quod dominus Raimundus Tolosanus episcopus laudavit et recognovit fevaliter Poncio Capellano comandatori ipsius ospitalis Sancti Remigii Tolose, et fratribus illius ospitalis, VI aripenta inter terram et boscum cum terra in qua nemus est, que sunt apud Balmar, et cum introitu et exitu, et sunt inter boscum qui fuit Arnaldi, et Geraldi Rufelli, et boscum de Forasteriis, sicut melius Bernardus Manaderius illud habuit et tenuit fevaliter de episcopo et convenit inde ei facere guirentiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Retentis ibi suis censibus et usibus, videlicet XII d. tol. oblias quos inde ei reddit quoque anno in Pasca Domini et suis successoribus et reacapte quando evenerit II sol. tol., et de clamore fevi, fidem et IIII de justiciam si inculpatur fevatarius, et retenuit ibi quod predictum fevum non possit dari adsuperfevum sed si vendi aut impignoratur fiat consilio domini episcopi qui habeat de unoquoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignorius m., et postquam illud nemus fuerit tractum si ibi fiebat vinea vel blacum retinuit ibi dominus episcopus suam decimam que ei reddatur quoque anno fideliter vel suo bajulo, et quando de Poncio Capellano fuerit decessum

debet ospitali Sancti Remigii instituere expressim alium feodatarium qui episcopi stet et sit in loco Poncii comandatoris.

Facta carta mense aprilis, feria II, regnante Filipo rege Francorum, et Raimundus Tolosano comite, episcopo Raimundo episcopo, anno ab incarnatione domini M.CC.III.

Hujus rei sunt testes magister Raimundus, Raimundus de Ponte, Bernardus Aimericus, et Bernardus de Podio Siurano, et Willelmus Sancti Saturnini qui cartam scripsit.

33

6 juillet 1222

Arnaud Roger et Raimond Roger, son fils, ont renoncé et ont abandonné à Bertrand de Cobirac, prieur de l'Hôpital, tous les droits qu'ils avaient sur les quatorze deniers d'oublies et les droits casuels qu'il devait à Hugues du Pin pour le fief de la Devèze. De la même façon, ils ont renoncé au denier d'oublies et à toutes les redevances qu'il devait rendre à Hugo Bernard pour la pièce de terre du fief et du dîmaire de Remervilla*. Enfin, Arnaud de Bouziac, commandeur de l'Hôpital, renonce et abandonne à Arnaud Roger, et à Raimond Roger, son fils, l'obole d'oublies qu'Hugues du Pin devait rendre aux frères de l'Hôpital.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 24.

Notum sit cunctis quod Arnaldus Rogerius et Ramundus Rogerius filius ejus, eorum propria voluntate solverunt et reliquerunt atque dimiserunt domino Bertrando de Cobiraco priori domus hospitalis Jherusalem tolosani, et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, totum quantum habebant vel habere debebant ullo modo in illis VIII d. tol. obliarum, et in omnibus dominationibus ibi pertinentibus, quos ipsi fratres hospitalis predicti faciebant Ugoni de Pinu pro illo honore qui fuit Falqueti et Borrelli filii ejus, et est in feodo Devesie, et solverunt similiter dictis fratribus hospitalis illos VI d. tol. obliarum, et omnes dominations ibi pertinentes quos ipsi fratres hospitalis faciebant dicto Ugoni de Pinu, pro illis aliis honoribus, quod de eo tenebant in eodem feodo Devesie. Et predictus Arnaldus Rogerius et Ramundus filius ejus solverunt predicto priori hospitalis et predictis fratribus ejusdem domus totum quantum habebant vel habere debebant ullo modo in tota illa pecia terre que est in feodo de Remervilla, que fuit Ugonis Bernardi, et in decimario illius terre, et in I d. tol. obliarum qui debebat reddi pro eadem terra, et in dominationibus ad illum denarium pertinentibus.

Totum jus et rationem et totum quantum habebant vel habere debebant ullo modo predictus Arnaldus Rogerius et Ramundus Rogerius filius ejus in predictis VIII d. tol. obliarum et in predictis VI d. obliarum, et in predicto denario obliarum et in omnibus dominationibus ibi pertinentibus et in predicta pecia terre, et in decimario illius terre totum solverunt et reliquerunt atque dimiserunt domino Bertrando de Cobiraco priori predicto, et omnibus fratribus hospitalis predicti presentibus et futuris et eorum ordinio, pro tota eorum voluntate inde facienda ; et predictus Arnaldus Rogerius et Ramundus filius ejus debent et convenerunt inde eis, et eorum ordinio facere bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus qui pro eis vel ex partibus eorum, vel pro Ugone de Pinu majore aliquid ibi petierint vel amperaverint ullo modo.

Item frater Arnaldus de Boziaco, perceptor domus hospitalis Tolose, pro domino priore predicto et pro se ipso et pro omnibus fratribus hospitalis pro presentibus et futuris solvit et reliquit predicto Arnaldo Rogerio et Ramundo Rogerio ejus filio et eorum ordinio unum obolum obliarum quod Ugo de Pinu debebat reficere ejusdem fratribus hospitalis et totum quantum pro predicto obolo eis petere poterant ullo modo.

Hoc fuit factum VI die introitus mensis julii, feria IIII regnante Philippo Francorum rege, et Raimundo Tolosano comite, et Fulcone episcopo, anno M°CC°XX°II° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Raimundus de Escalquencis, et Arnaldus Willelmus Pilistortus, et magister Bernardus et Arnaldus de Escalquencis, et Ramundus Centullus, et Ramundus Molendinus, Geraldus de Cabanis, et Bernardus de Samatano qui cartam istam scripsit.

34

10 janvier 1227

Bernard Bonhomme vend à Pierre Dupont et à son frère Raimond trois arpents de pré sur les rives de l'Hers, près du pont de Clèdes. Cette vente a été faite avec le conseil de Raimond de Prignac et ses frères Guillaume, Aldric, Pierre Carbonel et son frère, et Arnaud de Bouziac, commandeur de l'Hôpital, qui sont les seigneurs dudit pré. Après avoir perçu leurs lods-et-ventes et récupéré leur pré, les seigneurs l'inféodent à Pierre Dupont contre versement du quart des foins. Ils s'en portent garants pour la part qui leur revient, les trois-quarts pour Raimond de Prignac et ses frères Guillaume, Aldric, Pierre Carbonel et son frère, le quart restant pour le commandeur de l'Hôpital.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 25.

Notum sit quod Bernardus Bonus Homo sua sponte vendidit et vendendo dedit et absolvit Petro de Ponte et Raimundo fratri suo et eorum ordinio, III aripenta pratorum cum terris in quibus sunt, et plus si ibi est, que sunt in riparia Yrcii ad Pontem de Cledis, inter prata Ramundi de Prinhaco et suorum fratrum et filiorum Carbonelli qui fuit et prata hospitalis Sancti Remedii, et inter prata Arnaldi Rogerii et heremitanorum de Heunis, et inter prata Johanis Curtasolee et Poncii Umberti qui fuit, et prata Willelmi de Pozano et suorum fratrum. Et predictus venditor convenit et debet inde facere guirentiam predicti emptoribus et eroum ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Hoc fuit factum cum consilio Ramundi de Prinhaco et suorum fratrum Willelmi Vidalis et Aldrici, et Petri Carbonelli, et Carbonneli sui fratris et dompni Arnaldi de Boziaco preceptoris hospitalis Jherusalem Sancti Remedii de Tolosa qui sunt domini predictorum pratorum, et inde habuerunt suos pax quibus predictus venditor inde solvit ac reddidit feodum, ideo ut darent predictis emptoribus et eorum ordinio. Tunc, domini predicti, recuperato feodo de eo, laudaverunt et dederunt ad feodum predicto Petro de Ponte et Raimundo ejus fratri et eorum ordinio predictis III aripentos pratorum cum terris in quibus sunt et plus si ibi est, sicut melius includuntur inter predictas adjacentias. Tali pacto laudaverunt et dederunt eis hoc feodum quod in singulis annis reddant inde eis scilicet in ipsis pratis quartum feni fideliter et reacapte VI d. quando evenerit et si predicti feodotarii vel eorum ordinium voluerint predictos pratos vendere aut impignorare faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. vendi V d. et de unoquoque sol. pignoris, I obolum. In super domini predicti debent et convenerunt garire ex hoc predicto feodo predicto Petro de Ponte et Ramundo fratri suo et eorum ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, scilicet Raimundus de Prinhaco, et Willelmus, et Aldricus fratres ejus, et Petrus Carbonellus, et Carbonellus ejus frater III partes et dompnus frater Arnaldus de Boziaco, pro se et dompno Sancio Ense priore hospitalis Jherusalem Sancti Remedii de Tolosa : quartam partem.

Hec venditio fuit facta cum consilio et voluntate et asensu domine Brune uxoris predicti Bernardi Boni Hominis que hoc totum laudavit et concessit et ita fieri voluit et que si aliquod

jus vel rationem in predictis tribus aripentis pratorum cum terris in quibus sunt habebat vel habere debebat vel putabat habere nomine dotis vel doni vel conventionis seu quolibet ullo alio modo, illud totum predicta domina Bruna, predictis emptoribus et eorum ordinio, absolvit et reliquit sine omni retentu quod ibi non fecit, nec sibi retinuit ullo jure vel ratione aliquo modo. Immo debet et convenit inde esse guirens dicto Petro de Ponte et Raimundo fratri suo et eorum ordinio de se ipsa et de omnibus aliis amparatoribus ex suis partibus.

Hoc actum fuit X die introitus januarii, feria I, regnante Lodoyco rege francorum et Raimundo Tolose comite, Fulcone episcopo anno M°CC°XX°VI° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes scilicet de supradicta venditione Bernardus Caraborda de Portaria, et Vitalis Bonus Homo filius predicti Bernardi Boni Homnis, et Petrus Willelmus de Orto, et Raimundus Rotbertus, et Vitalis ejus frater, et Bernardus Grastonus notarius et de laudamento predicte domine Brune sunt testes predictus Raimundus Rotbertus et Petrus Pelliparius de Cruce Baranhonis et de laudamento predictorum dominorum sunt testes predictus Petrus Willelmus de Orto et Poncius Gairaldus, et Bernardus Ramundus inter fuit toti presens et est de toto testis qui cartam istam scripsit.

35

2 novembre 1232

Ponce de Toulouse, chanoine de Saint-Etienne, et Guillaume Brun, pour le compte du seigneur évêque de Toulouse Raimond, se déclarent bien payés et absolvent Sanche de l' Épée, prieur de l'Hôpital, des oublies et autres redevances dues pour les honneurs qu'il avait achetés en fief à Foulques de Marseille, alors évêque de Toulouse, dans les chartes rédigées par Guillaume de Saint-Sernin et Arnaud Ferrus. Ils l'absolvent de tout ce qu'ils auraient pu lui demander à ce titre depuis la paix conclue entre le comte Raymond et le légat apostolique jusqu'à cette présente absolution.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 26.

Notum sit cunctis tam presentibus quam futuris quod Poncius de Tolosa canonichus Sancti Stephani, et Willelmus Brunetus pro domino Raimundo Tolosano episcopo, et in suo loco habuerunt et tenuerunt se pro bene paccati de omnibus illis obliis, et retroacapitibus, et justiciis, et de toto hoc quod ipsi pro domino episcopo petere poterant Sancio Ensi priori domus hospitalis Jherusalem Tolose, et fratribus ipsius domus, videlicet pro illis honoribus quos fratres domus hospitalis predicti adquisierant feodaliter a domino Fulcrando quondam episcopo Tolosano, sicut in cartis illorum feodorum per alphabetum divisis continebatur quarum scripsit unam Willelmus Sancti Saturnini, et alteram Arnaldus Ferrucius. Ita videlicet quod de toto hoc quod inde petere poterant fratribus predicti hospitalis a die illa qua pax fuit facta inter dominum Romanem cardinalem apostolice sedis legatum et dominum Ramundum Tolosanum comitem, usque in hac die in qua hoc absolutio fuit factam, de toto integre dictus Poncius de Tolosa et Willelmus Brunetus pro domino Raimundo Tolosano episcopo absolverunt dictum Sancium Ensem priorem dicti hospitalis et omnes fratres ipsius hospitalis tam presentes quam futuris sine omni rententu quam ibi non fecerit. In hoc scilicet quod infra predictos terminos pro hoc quod superius dictum est inde peti poterat. Immo debent et convenere inde ejusdem priori et fratribus predictis esse guirentes pro domini episcopo de omnibus amparatoribus.

Hoc fuit factum II die introitus mensis novembris, feria III, regnante Lodoyco rege francorum et Raimundo tolosano comite et Raimundo episcopo, anno M°CC°XXX°II° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Guilabertus, et Bertrandus Davinus, et Willelmus Calvetus notarius, et Arnaldus Petrus notarius qui hanc cartam scripsit.

36

26 février 1234

Arnaud de Bouziac, précepteur de l'hôpital, pour lui et pour le seigneur Sanche de l'Épée, prieur de la maison du même hôpital, a donné en fief à Guillaume Vidal de la Devèze trois éminées de terre, entourées d'un fossé, entre la barrière de Beauville et la fontaine du même lieu. Il devra rendre chaque année aux frères de l'hôpital le cinquième de ses récoltes, en gerbes ou en grains, selon ce que choisira le seigneur.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 27.

Notum sit quod frater Arnaldus de Boziaco preceptor domus hospitalis Jherosolimis Tolose, pro se et pro domino Sancio Espaza priore ejusdem domus et pro omnibus aliis fratribus hospitalis presentibus et futuris, dedit ad feodum Willelmo Vitali de Devesa, et ejus ordinio, tres eminatas terre, et plus si ibi est, cum introitu et exitu, quod sunt circumdato de vallatis et sunt inter terra que fuit Vitalis de Prinaco et tenet de barreria Boville usque ad fontem Boville.

Tali pacto dedit ei hoc feodum quod predictus feodotarius reddat fratribus hospitalis quintum tocius fructum qui inde exibit in garba vel in grano ad electionem dominorum et reacapte XII d. quando evenerit. Et de clamore hujus feodi fidem habeant domini et IIII d. justiciam si juste inculpabitus feodatarius et de quoque sol. venditionis hujus honoris habeant domini I d. et de quoque sol. pignoris I obolum, et fiat consilio dominorum.

In super prefatus frater Arnaldus de Boziaco preceptor, pro se et pro domino priori et pro omnibus aliis fratribus hospitalis presentibus et futuris, debet et convenit garire totum hoc feodum predictum de omnibus amparatoribus dicto feodotario et ejus ordinio.

Hoc fuit factum III° die exitus mensis februarii, feria I, regnante Lodoyco francorum rege, et Ramundo Tolose comite, Raimundo episcopo, anno M°CC°XXX°IIII° ab incarnatione domini et predictus honor nec possit dari nec vendi nec impignari militi, nec suo filio, nec alieni domui religionis ullo modo.

Hujus rei sunt testes Willelmus de Monte Serono capellanus, et Petrus de Justarreto junior, et Petrus Raimundus de Samatano qui cartam istam scripsit.

37

26 février 1240

Bernard Jean de Pestilhac *a vendu à Guillaume Ponce de Rodille la totalité d'une mezalhade de mailleul qui se situe au-delà de l'Hers, avec l'accord des ayants droit et du seigneur, Jacques, précepteur de la maison de l'Hôpital de Toulouse, pour Guillaume de Barèges, prieur de la même maison, qui inféode la vigne à Guillaume Ponce de Rodille pour le quart des fruits et la dîme.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 31.

Notum sit quod Bernardus Johannis de Pestilhaco vendidit, vendendo absolvit et dimisit Guillelmo Poncio Rodillio et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis quartanariam et plus

si ibi est cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, que est ultra Yrcii, inter malolem Petri Bernardi, et malolem Willelmi Vitalis, et duobus exitibus.

Et predictus venditor debet et convenit inde facere bonam et firmam guirenciam predicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis. Hoc fuit factum consilio et voluntate Ramunde uxoris predicti Bernardi Johannis qui hoc totum laudavit et concessit, et ita fieri voluit que si aliquod jus vel rationem habebat vel habere debebat in predicto honore vendito, ratione dotis vel doni vel conventionis vel ullo alio modo, illud totum quicquid esset, si aliquid erat predicta Ramunda dedit et solvit et reliquit predicto Guillelmo Poncio Rodillio et ejus ordinio pro omnia sua voluntate et ejus ordinii inde facienda sine omni retentione quam ibi nullo modo fecit. Immo debet et convenit predicta Ramunda inde facere bonam et firmam guirenciam dicto Guillelmo Poncio et ejus ordinio de se ipsa et de omnibus amparatoribus ex suis partibus. Hec venditio fuit facta consilio domini fratris Jacobi preceptoris domus hospitalis Jherusalem Tolose qui est dominus predicti honoris pro domino Willelmo de Bareggio priore ejusdem domus et pro se ipso et pro omnibus fratribus ipsius loci, cui predictus venditor solvit et reddidit feodum ideo ut daret predicto emptory et ejus ordinio.

Tunc dominus Jacobus preceptor predictus, recuperato feodo apud dicto venditore predicto domino priore, et pro se ipso et pro omnibus fratribus predicte domus laudavit et dedit ad feodum predicto Guillelmo Poncio Rodillio et ejus ordinio totam predicta medallatam malolem quartanariam, et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, sicut melius inter predictas adjatentias includitur.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum ut quoque anno reddat inde et defferat ad domum predicti hospitalis Jherusalem Tolose quartum tocius vindemie que inde exierit bene et fideliter, et decima detur eis in eodem honore. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feodo, fidem inde habeat et IIII de justiciam si juste feodotarius inculpatur. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad feodum ullo modo nec debet illum vendere nec impignorare nec dare militi, nec clerico, nec domui religionis. Sed si alicui homini alteri vel femine illum vendere aut impignorare voluerit faciat hoc consilio domini, et reddat inde ei de uno quoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris I obolum, sed si fratres predicti hospitalis voluerint illum honorem retinere, habeant illum sicut alter. Et istud feodum debet se custodire pro custodiis Tolose.

Insuper dominus frater Jacobus preceptor predictus pro domino priore predicto et pro se ipso et pro omnibus fratribus predicte domus debet et convenit guirire totum predictum feodum dicto Guillelmo Poncio Rodillio et ejus ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hec venditio fuit facta IIII die exitus mensis feberii, feria I, Lodoyco francorum rege regnante, et Ramundo Tolose comite et Ramundo episcopo, anno M°CC°XL°I° ab incarnatione domini.

Hujus rei scilicet de venditione sunt testes Rainerius et Petrus Calvetus de Regiabello ; et de laudamento dicte Ramunde sunt testes Petrus de Pegulario, et Bernardus Brizonerius ; de laudamento vero predicti domini sunt testes, Bertrandus Deimerius, et Ramundus Brizonerius, et Petrus Umbertus ad hoc omni predictus affuit et est de tota testis qui cartam istam scripsit.

38

13 décembre 1240

Jacques, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, avec le conseil de ses frères, a donné en fief à Pierre Berger six arpents de terre situés près des honneurs de l'évêque, et près de la voie publique. Il devra le cinquième de ses récoltes, en grain ou en gerbe selon la préférence du seigneur, à livrer tous les ans à la domus *des Hospitaliers.*

A. Original, parchemin, partie inférieure endommagée, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 28 paragraphe A.

B. Copie notariée, datée d'octobre 1246, établie par Guillaume de l'Orme, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 346 paragraphe A.

Texte établi d'après *A*

Notum sit cunctis quod frater Jacobus preceptor domus hospitalis Jherusalem Tolose cum consilio et assensu fratris Willelmi de Monte Serono capellani ejusdem domus, et fratris Ramundi claverii, et fratris Petri Fabri qui hoc totum laudaverunt et concesserunt se velle quod ita fieret, laudavit et dedit ad feodum Petro Ovelherio et ejus ordinio VI arpenta terre et plus vel minus si ibi est, cum introitu et exitu, que sunt inter terram domini episcopi de duabus partibus et carrariam publicam et terram que fuit Bernardi Boni Hominis et honorem que Bernardus de Caturcio tenebat de fratribus predicte domus hospitalis.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum ut quoque anno reddat preceptori et fratribus predicte domus hospitalis presentibus et futuris in eodem feodo quintum tocius fructus qui inde exierit in garba aut in grano ad electionem dominorum, et reacapte IIII d. quando evenerit per mortem feodotarii. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feodo, fidem inde habeant et IIII d. justiciam si feodotarius inculpatur. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictam terram dare [ad] feodum nec ullo alio modo a se alienare pro quo domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predicta terra vendetur aut impignorabitur, fiat consilio dominorum qui habeant inde de unoquoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus frater Jacobus preceptor pro se et pro omnibus aliis fratribus ejusdem domus hospitalis et habitatoribus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feodum adjacentiatum superius cum introitu et exitu predicto feodotario Petro Ovelherio et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Sed retinuit ibi tunc prefatus preceptor pro se et pro omnibus aliis fratribus et habitatoribus jam dicte domus hospitalis presentibus et futuris quod predicta terra non possit vendi nec impignorari neque dari nec aliquo modo alienari militi nec ejus filio, nec clerico, nec aliorum domui religionis ullis temporibus.

Hoc fuit factum XIII die introitus mensis decembris, regnum Lodoyco francorum rege et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°XL°.

Hujus rei sunt testes Bertrandus Pelliparius de Sancto Stephano, et Petrus de Justarete sartor, et Phylippus Gaita Podium qui cartam istam scripsit.

B ajoute

Hoc translatum transtulit Guillelmus de Ulmo ex quadam carta qua Phylippus Gaita Podium scripserat eisdem verbis et rationibus mense octobris, regnante Lodovico rege Francorum et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno M°CC°XL° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus facti translati sunt testes, Petrus de Sancto Barcio et Bernardus de Samatano, publici notarii, et idem Guillelmus de Ulmo qui hec scripsit. Petrus de Sancto Barcio subscripsiem. Ego Bernardus de Samatano subscribo.

39

13 décembre 1240

Jacques, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, avec le conseil de ses frères, a donné en fief à Pierre Berger un arpent de terre où il devra planter une vigne avant la fête de Pâques prochaine, et une autre l'année suivante. Il devra livrer à la domus *des frères de la Devèze le quart de ses vendanges, ainsi que la dîme due pour ce fief.*
A. Original, parchemin, partie inférieure endommagée, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 28 paragraphe B.

Notum sit cunctis quod frater Jacobus preceptor domus hospitalis Jherusalem Tolose cum consilio et assensu fratris Willelmi de Monte Serono capell[ani ejusdem domus] et fratris Raimundi claverii, et fratris Petri Fabri qui omnes hoc totum laudaverunt et concesserunt [se velle quod ita fieret] laudavit et dedit ad feodum [Petro Ovelherio et ejus ordinio] totum illud arpentum terre et plus vel minus si ibi est, ad plantandum [...] vineam quod est inter Raimundi [... …]delli et vineam Arnaldi de Monte Guiscardo, et vineam Bernardi Bernardinii [...] Willelmi Ucatoris, et vineam Arnaldi [...] predicti hospitalis. Quod iste predictus honor adjacentiatus superius habet introitum [et exitum ad] vineam dicti Arnaldi de Valle et terram [...].

[Tali pacto] laudavit et dedit ei hoc feodum ut in unoquoque anno in tempore vindemiarum redd[at precep]tori et fratribus ejusdem domus hospitalis presentibus et [futu]ris ad do[mum] ipsorum fratrum de Devesia, quartum tocius vindemie que inde exierit, [et dec]ima detur in eodem feodo, et reacapte IIII d. quando evenerit mortem feodotarii. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feodo [fidem inde habeant et IIII sol.] justiciam si feudatarius inculpatur. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad feodum nec ullo ali[o modo a se alienare pro quo domini] possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictus honor vendetur aut impignorabitur, fiat consilio [dominorum qui habeant de quo]que sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus frater Jacobus preceptor pro se et pro omnibus aliis fratribus ejusdem domus ho[spitalis … presen]tibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feodum adjacentiatum superius, cum introitu et exitu, predicto feudotario Petro O[velher]io et ejus ordinio de omnibus amparatoribus, sed retinuit ibi tunc predictus dominus preceptor pro se et pro omnibus aliis fratribus et habitatoribus jam dicte domus hospitalis pro presentibus et futuris, quod predictus honor non possit vendi nec impignorari, neque dari nec aliquo modo alienari ullis temporibus militi, nec ejus filio, nec clerico, nec alicui domui religionis.

Item predictus feudotarius debet plantare medietatem predicte terre adjacentiate superius infra proximum venturum festum Pasche domini et alteram medietatem de eodem festo ad unum annum bona fide.

Hoc fuit factum XIII die introitus mense decembris, regnum Lodoyco Francorum reges, et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°XL°.

Hujus rei sunt testes Bertrandus Pelliparius de Sancto Stephano, et Petrus de Justarete sartor, et Phylippus Gaita Podium qui cartam istam scripsit.

40

24 janvier 1242

Pierre de Mons, et son frère Bertrand de Mons, vendent et concèdent à Causide, femme du défunt Pierre Picon, la moitié d'un demi-arpent de mailleul, se trouvant au-delà de l'Hers.

La vente est faite avec l'accord du seigneur de cette terre, Jacques, précepteur de la maison de l'Hôpital de Toulouse, qui récupère symboliquement la vigne et l'inféode aussitôt à Causide contre versement du quart des vendanges livrable à la domus *des hospitaliers à Toulouse. La vente est effectuée en règlement du douaire ou de la dot que Causide détenait sur les biens de son défunt mari.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 30 paragraphe A.

Notum sit quod Petrus de Montibus et ejus frater Bertrandus de Montibus vendiderunt et vendendo solverunt et diminiserunt, Causide uxori Petri Piconi qui fuit, et ejus ordinio, medietatem tocius medii aripenti maloli quartanerii cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est ultra Yrcium inter honorem Ramundi Arnaldi de Podio Laurenti et honorem Petri de Amerlio, et honorem Ramundi de Nava. Et predicti venditores debent et convenerunt inde facere bonam et firmam guirentiam predicte Causide et ejus ordinio de seipsis et de omnibus amparatoribus ex suis partibus, et etiam ex partibus dicti Petri Piconi qui fuit.

Hec venditio fuit facta consilio fratris Jacobi preceptoris domus hospitalis Sancti Remedii, qui est inde dominus, cui predicti venditores solverunt et reddiderunt feodum ideo ut illud daret predicte Causide et ejus ordinio. Tunc dominus Jacobus preceptor, predicto recuperato feodo a predictoris venditoribus, laudavit et dedit ad feodum pro seipso et pro habitatoribus dicte domus pro presentibus et futuris, dicte Causide et ejus ordinio, totam medietatem dicti medii aripenti maloli predicti, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, sicut melius inter predictas adjacentias concluditur.

Tali pacto dedit ei hoc feodum ut quoque anno in vindemiis reddat inde fratribus et habitatoribus dicte domus quartam partem tocius vindemie que inde exierit et portet illud eis in Tolosa ad domum hospitalis predicti fideliter, et decima detur in eodem honore. Si clamorem habeat dominus de ea pro hoc feodo fidem inde habeat et IIII d. justiciam si juste[(a)] feodotaria inculpatur. Et predicta feodotaria nec ejus ordinium non debet predictum honorem vendere, nec inpignorare, nec aut alienare militi, nec clerico, nec domui religionis, nec burgensi. Sed si voluerit alibi predictem honorem vendere vel impignorare faciat hoc dominus dicte domus sicut alii si retinere voluerit ; et si retinere noluerit, faciant hoc cui se voluerint, predictis locis exceptis, et hoc consilio domini, et reddat inde ei de uno quoque sol. I d. et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper predictus dompnus Jacobus, preceptor predictus, pro se et habitatoribus dicti loci presentibus et futuris, debet et convenit facere bonam et firmam guirentiam dicte Causide et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus ex parte[(b)] dominationis. Hanc predictam venditionem fecerunt Petrus de Montibus et Betrandus, frater ejus, de predicta medietate dicti malole sicut dictum est, dicte Causide et ejus ordinio, in persolutione et pro persolutione cujusdam partis dotis sue, quam ipsa Causida habebat in bonis et rebus dicti Petri Piconi viri sui qui fuit.

Hoc fuit factum VIII die exitus januarii, feria VI, regnante Lodoyco rege Francorum, et Ramundus Tolosano comite, et Ramundo episcopo, anno M°CC°XL°I° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes excepto laudamento domini Jacobi, Ramundus Ruffus legista, et Ramundus Petrus martellus, et Arnaldus Johannes filius Ugonis Johannis qui fuit, et Johannis de Perticis, et Laurentius capellanus de Tauro, et de laudamento domini, sunt testes Arnaldus de Goduezio et Poncius Pascalis, et Gauterius de Penna qui ad hoc omnia fuit presens et de toto testis est, et cartam istam scripsit.

(a) « justeo » dans le texte, erreur du scribe ; (b) « exce parte » dans le texte, erreur du scribe

41

24 janvier 1242

Pierre de Mons et son frère Bertrand reconnaissent avoir récupéré les biens de Pierre Picon, être bien payés et n'avoir plus rien à réclamer à Causide, sa veuve, en raison de cet héritage.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 30 paragraphe B.

Notum sit quod Petrus de Montibus, et ejus frater Bertrandus de Montibus, eorum sponte recognoverunt et concesserunt se habuisse et recuperasse et accepice omnes illas res et bona tam mobilia quam immobilia qui fuerunt Petri Piconi qui fuit, que ipse habebat sive habere debebat ad diem sui obitus, essent infra Tolosam vel extra vel ubicumque fuissent ullo modo, unde ipsi Petrus de Montibus et frater ejus Bertrandus tenuerunt se pro bene paccati. Et ideo predicti, scilicet Petrus de Montibus et frater ejus Bertrandus, solverunt Causidam, uxorem dicti Petri Piconi qui fuit et ejus ordinium, de toto hoc quod ipsi, pro his que dicta sunt, ipsi Causide possent petere vel requirere ullo modo. Et recognoverunt, Petrus de Montibus et Bertrandus ejus frater, quod ipsa Causida eis totum integre reddiderat. Et ideo predicti Petrus de Montibus et Bertrandus ejus frater mandaverunt et convenerunt facere bonam et firmam guirentiam dicte Causide et ejus ordinio de seipsis et de omnibus hominibus et femmis qui vel que, pro his que dicta sunt, eidem Causidem, aliquid peterent vel requirerent ullo modo aliquo tempori.

Hoc fuit factum VIII die exitus januarii, feria VI, regnante Lodoyco rege francorum, et Ramundo Tolosano comite, et Ramundo episcopo, anno M°CC°XL°I° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Ramundus Ruffus legista, et Ramundus Petrus martellus, et Arnaldus Johannis filius Ugonis Johannis qui fuit, et Johannis de Perticis et Laurencius capellanus de Tauro, et Gauterius de Penna qui cartam istam scripsit.

42

28 décembre 1242

Raimond de Pailhès, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, pour lui et pour Guillaume de Barèges, prieur du même Hôpital, donne en fief une terre à Guillaume Vital de la Devèze, contre le cinquième des récoltes de blé, à rendre annuellement aux frères de l'Hôpital, en gerbe ou en grain selon leur préférence. Mais si le feudataire voulait y planter une vigne, il devra alors rendre le quart des vendanges de celle-ci et les livrer à la domus *des frères à Toulouse. Le susdit Guillaume Vital de la Devèze s'engage également à fumer cette terre avant dix ans et à payer la dîme dû pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 34.

Notum sit cunctis quod frater Ramundus de Palheriis preceptor domus hospitalis Jherusalem Tolose pro se et pro domino Willelmo de Bareggio priore predicte domus et pro omnibus aliis fratribus predicte domus pro presentibus et futuris, laudavit et dedit ad feodum Willelmo Vitali de Devesia et ejus ordinio, totam illam terram cum introitu et exitu, que est inter honorem domini episcopi tolosani et honorem dicti hospitalis et honorem Vitalis de Prinhaco et honorem Willelmi Barbe.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum ut quoque anno reddat inde fratribus dicti hospitalis quintam partem tocius fructus et tocius bladi quod exierit de predicta terra in garba vel in grano ad electionem fratrem dicti hospitalis ; et si predictus feodotarius vel ejus ordinium fecerit ibi vineam, debet reddere et defferre quartam partem tocius vindemie que inde exierit quoque anno bene et fideliter ad domum dicti hospitalis infra tolosam sine omni eorum missione. Et de clamore hujus feodi, fidem habeant domini et IIII d. justiciam si juste feodo[ta]rius inculpatur. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictam feodum dare nec vendere nec inpignorare militi nec suo filio nec domini religionis nec leprosis nec aliter a se alienare ut domini possint inde perdere aliquid suarum dominationum. Sed si voluerit illud vende vel impignorare alicui alii vel aliis faciat consilio dominorum, et reddat inde eis de quoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris I obolum, et decima detur in eodem feodo.

In super predictus frater Ramundus de Palheriis preceptor pro se, et pro domino Willelmo de Bareggio priore predicto, et pro omnibus aliis fratribus predicte domus pro presentibus et futuris, debet et convenit guiruire totum predictam feodum predicto Willelmo Vitali et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Item predictus Willelmus Vitale de Devesia debet et convenit femare predictam terram infra X annos.

Hoc fuit factam IIII die exitus mensis decembris, regnante Lodovico rege francorum, et Ramundo Tolosano comite, et Ramundo episcopo, anno M°CC°XL°secundo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes frater Ramundus Claverius, et frater Willelmus Ato, et frater Petrus Jhaufredus, et frater Faber de Devesia, et frater Anerius, et Petrus Martinus de carraria Sancti Remedii, et Poncius Vitalis de Devesia, frater Willelmi Vitalis predictis, et Guillelmus de Ulmo qui cartam istam scripsit.

43

31 janvier 1244

*Ponce Vitale, fils de Guillaume Vitale, avec le conseil d'*Englesie *sa femme, concède et vend à Pierre Bernard de Lissac la totalité du demi-arpent du mailleul qu'il tient au-delà de l'Hers, près de la voie publique. La vente est faite avec l'accord du seigneur de cette terre, à savoir Raimond de Pailhès, précepteur de la maison de l'Hôpital de Toulouse. Pierre Bernard de Lissac devra lui rendre tous les ans le quart de ses vendanges à Toulouse à la* domus *des frères hospitaliers. Il devra également la dîme due pour ce fief.*

A. Original perdu.

B. Copie notariée, datée de décembre 1292, établie par Raimond des Casaux, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 32.

Notum sit quod Poncius Vitalis, quondam filius Guillelmii Vitalis, consilio voluntate Englesie uxoris sue qui hoc totum laudavit et concessit et ita fieri voluit, vendidit ac justo irrevocabili titulo perfecto venditionis tradidit Petro Bernardo de Lissacco et ejus ordinio totum illud medium aripentum malole cartanerii, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est ultra flumen Ircii, inter honorem Poncii de Forteto, et honorem Poncii Sutoris, et tenet de honorem Poncii Maynate usque ad carrariam publicam.

Et predictus venditor debet et convenerit inde facere bonam et firmam guirenciam predicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis. Hec

venditio fuerit facta consilio domini fratris Ramundi de Palheriis preceptoris domus hospitalis Jherusalem Tholose qui est dominus predicti honoris, cui predictus venditor solvit et reddidit feodum, ideo ut daret predicto emptori et ejus ordinio. Tunc dominus frater Ramundus de Palheriis preceptor, recuperato feodo a predicto venditor, pro se ipso, et pro aliis fratribus ejusdem domus pro presentibus et futuris, laudavit et dedit ad feodum predicto Petri Bernardo de Lissaco et ejus ordinio totum predictum medium aripentum malolem, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, sicut melius infra predictas adjacentias includitur.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum ut tocius vindemie que inde exierit reddat [et] portet quartum quoque anno ad domum predicti hospitalis infra Tholosani, et decima detur in eodem honore, et de clamore hujus feodi fidem habeant fratres predicti hospitalis et IIII d. de justicia si juste feodotarius inculpatur. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet istum honorem dare ad feodum nec ullo alio modo a se alienare pro quo domini possint inde perdere aliquid suarum dominationum ; non debent illum vendere, nec inpignorare, nec dare militi, nec clerico, nec domui religionis. Set si alicui alteri homini vel femine illum honorem vendere aut impignorare voluerit, faciat hoc consilio predicti domini preceptorii vel fratrem ipsius domus, et reddit inde eis de quoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris I obolum. Et si preceptor vel fratres illius domus voluerint illum retinere, habuerint illum sicut alter et iste honor predictus debet se custodire pro custodia Tholose.

Insuper dominus Raimundus de Palheriis preceptor predictus, pro se et pro omnibus aliis fratribus predicto domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire predictum feudum dicto feodotario Petro Bernardo et ejus ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hoc actum fuit ultimo die mensis januarii, feria I, regnante Lodoyco rege francorum, et Ramundo Tholosano comite et Ramundo episcopo, anno M°CC°XL°III° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes frater Guillelmus Ato, et frater Guillelmus de Monte Sero, et frater Ramundus clavigerius fratres predicte domus, et Ramundus Arnaldus de Lissaco de Freneriis, et Ramundus Eperonerius, et Bernardus Ramundus qui cartam istam scripsit.

Hec translatum transtulit Ramundus de Casalibus publicus Tholose notarius ex quadam carta quam Bernardus Ramundus scripserat eisdem verbis et rationibus mense decembris regnante Phylippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini, M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Ramundus Carabordis et Ramundus de Fraxino publici Tolose notarii et dictus Raimundus de Casalibus qui hec scripsit.

Ego Ramundus Carabordas publicus Tholose notarius subscripsi et Ramundus de Fraxino publicus Tholose notarius subscripsi.

44

25 avril 1245

Codicille de Pierre Berger de Villeneuve précisant la distribution de ses biens alors qu'il était sur son lit de mort. Dix sous sont notamment destinés à l'œuvre des églises de Saint-Sernin, de Sainte-Marie de la Daurade, de Saint-Etienne, de Saint-Pierre-des-Cuisines et des églises des Prêcheurs et des Mineurs de Toulouse. Il institue sa femme comme administratrice du reste de cette somme, qu'elle devra distribuer aux indigents avec Laurent, chapelain du Taur. Le reste de ses biens devra être distribué entre ses fils, Pierre et Arnaud. Quant à la maison située à Toulouse donnée par Raimonde Fabre, cette dernière devra être partagée entre sa femme et ses fils.

A. Original perdu.

B. Copie notariée, datée d'octobre 1246, établie par Guillaume de l'Orme, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 346 paragraphe B.

Hec est carta ulterioris testamenti et ultime dispositionis, quod fecit Petrus Ovelherius de Villa nova in infirmitate illa de qua obiit, tamen cum suo bono sensu et perfecta memoria, in presentia Petri Stephani clavelerii, et Bernardi Atonis, et Laurentii capellani de Tauro, et Arnaldi sub capellani ejusdem loci. In presentia quorum et in presentia Gauterii de Penna notarii publici notarii[(a)] testamentum suum ordinarii in hunc modi : in primis dictus Petrus Ovelherius accepit de bonis suis X sol. tol. de quibus dedit et reliquid operi ecclesie Sancti Saturnini de Tauro XVIII d. tol. et Laurencio capellano ejusdem loci XVIII d. et subcapellano predicto VI d. ; et operi ecclesie Sancte Marie de Aurate et Sancti Stephani et Sancti Petri de Coquineris cuique VI d. ; et operi ecclesie predicatorum et minorum in Tolosa cuique VI d. tol. residuum vero quod de predictis X sol. tol. superaverit. Hoc ita facto mandavit idem Petrus Ovelherius quod detur amore Dei et anime sue et omnium fidelium dicti ecclesiis et locis pauperibus ubi uxor sua Grazida illud cognoverit esse salvum et hoc consilio Laurentii capellani predicti, et de dicta helemosina ipse Petrus Ovelherius instituit ipsam Grazidam uxorem suam dominam et donatariam cum Laurentio capellano predicto. Omnia vero alia sua bona et jura mobilia et immobilia que ibi habet Petrus Ovelherius vel sibi pertinet vel pertinere debet quicumque sint et ubicumque fuit, illud dedit et demisit idem Petrus Ovelherius filiis suis Petro Ovelherio et Arnaldo et ejus uxori Grazide pro omni eorum voluntate inde facienda. Ita scilicet quod predicti filii habeant inde medietatem et Grazida uxor sua aliam medietatem pro omni eorum voluntate facienda. Preterea predictos Petrus Ovelherius misit in suo loco et jure et ratione filios suos predictos Petrum et Arnaldum et ejus uxorem Grazida de toto illo dono quod Raimunda Fabberia fecerat eidem Petro Ovelherio de tota illa domo cum loco in quo est et cum omnibus hedificiis et bastimentis quod ibi sunt et ibi pertinent que domus est inter honorem Bernardi de Podio Abono et carrariolam et tenet de honore Petri Willelmi Atonis usque ad carrariam majorem, sicut melius in carta illius doni qua Petrus Rotbertus scripserat continetur, salvis ratum et retentis conditionibus que idem Petrus Ovelherius fecerat eidem Raimunde sicut in carta illius doni et convenientiis qua idem Petrus Rotbertus scripsit continetur, et hoc fuerunt ita facta et posita in presentia dicte Raimunde Fabberie que hoc voluit et concessit et ibidem ispa Raimunda Fabberia habuit et tenuit ratum et firmum totum hoc quod ipse Petrus Ovelherius filiis suis et ejus uxori Grazide de dicta domo fecerat et reliquerat, salvo tamen sibi Raimunde et retento ea que idem Petrus Ovelherius facere tenebatur. Hoc testamentum et hec dispositio fuit ita ab ipso Petro Ovelherio factum quod testamentum et dispositionem voluit inviolabiliter observari.

Hoc fuit factum VI die exitus aprilis, regnante Lodovico rege Francorum et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno M°CC°XL°V° ab incarnatione Domini. Hujus rei sunt testes predicti scilicet Petrus Stephanus clavelerius et Bernardus Ato et Laurentius capellanus et Arnaldus subcapellanus et Gauterius de Penna qui cartam istam scripsit. Hoc translatum transtulit Guillelmu de Ulmo ex quadam carta qua Gauterius de Penna scripserat eisdem verbis et rationibus mense octobris, regnante Lodovico rege Francorum et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno M°CC°XL° sexto, ab incarnatione Domini.

Hujus facti translati sunt testes, Petrus de Sancto Barcio et Bernardus de Samatano publici notarii et idem Guillelmus de Ulmo qui hec scripsit, Petrus de Sancto Barcio subscrisiem. Ego Bernardus de Samatano subscribo.

(a) Répété par erreur

45

1er octobre 1246

Grazide, femme de feu Pierre Berger, et son fils Pierre Berger, ont vendu à Pierre de Cayrane, prieur de la maison de l'Hôpital de Toulouse, six arpents de terre confrontant par deux fois l'honneur de l'évêque et confrontant la terre que Bernard de Cahors tient de l'Hôpital.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 346 paragraphe C.

Notum sit cunctis quod Grazida, uxor quondam Petri Ovelherii, et Petrus Ovelherius eorum filius vendiderunt dompno Petro de Carrana priori domus hospitalis Sancti Johannis Tolose et fratri Raimundo de Palheriis preceptori ejusdem domus et omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris et eorum successoribus VI aripenta terre et plus vel minus si ibi est et cum introitus et exitu, que sunt inter honorem domini episcopi de duabus partibus, et carrariam publicam et terram que fuit Bernardi Boni Hominis et terram quam Bernardus de Caturcio de fratribus hospitalis tenebat. Et predicti venditores debent et convenerunt inde facere bonam et firmam guirentiam predictis emptoribus et eorum ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et solverunt et reddiderunt eisdem emptoribus supradictis feodum qui sunt inde domini pro tota eorum voluntate et successorum eorum inde plenarie facienda et convenerunt Grazida et Petrus Ovelherius ejus filius predicti. Hanc venditionem horum VI aripentorum terre et pluris vel minus si ibi est facere concendi ab Arnaldo filio ipsius Grazide quando fuerit perfecte etatis et cartam inde concedi publico notario et mandari inde guirentiam dictis emptoribus et eorum successoribus de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et solvi feodum dictis emptoribus et eorum successoribus inde dominis pro tota eorum voluntate inde facienda.

Hoc fuit factum primo die mensis octobris, regnante Lodovico rege Francorum, et Raimundo Tolosano comite, et Raimundo episcopo, anno M°CC°XL° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Poncius de nemore Asterius et Petrus Vitalis de Prinhaco de […] et Raimundus Pontonerius de porta Ville nove et Guillelmus de Ulmo qui cartam istam scripsit.

46

10 septembre 1251

Raimond de Pailhès, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, reconnaît tenir en fief de Raimond, évêque de Toulouse, un demi-arpent d'un mailleul mature dans le clos de l'évêque. Le frère Raimond Talaran est désigné comme le feudataire servant l'évêque, et devra, chaque année, un denier pour la garde du mailleul. À sa mort, l'Hôpital s'engage à y placer un autre feudataire.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 33.

Notum sit quod frater Ramundo de Palheriis preceptor hospitalis Jerosolimitani in Tolosa pro se et omnibus habitatoribus ejusdem hospitalis presentibus et futuris sua bona propria voluntate recognovit et concessit se habere et tenere ad feodum a domino Ramundo dei gratia episcopo Tolosano totum illud medium aripentum vetus malolis cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est in clausu episcopali, et inter malolem Petri Terreni Olerii, et

Arnaldi Terreni fratris ejus, et malolem quartanerium ejusdem hospitalis, et inter malolem Ramundi Maurini textoris, et carrariam publicam.

Et ibidem, idem preceptor pro se et omnibus habitatoribus dicti hospitalis presentibus et futuris misit et instituit in dicto feodo fratrem Ramundum Talaran fratrem dicti hospitalis per feodotarium qui serviat domino episcopo Tolosano dictum feodum dum vixerit prout in carta illius feodi continetur, scilicet ut in uno quoque anno reddat inde domino episcopo tolosano vel suo bajulo I d. tol. pro custodia, pro quo denario illud medium aripentum malolis custodiatur, et reacapte II d. quando evenerit scilicet per mortem domini episcopi, et per mortem dicti fratris Ramundi Talaran, et per mortem unius cujusque illorum qui de dicto feodo erunt feodotarii. Et de clamore hujus feodi, fidem habeat dominus episcopus tolosanus vel suus bajulus, et IIII d. justiciam si juste feodotarius inculpabitur. Et predictum feodum non debet ullo modo dari ad super feodum, sed si venditur aut inpignoratur fiat consilio domini episcopi tolosani, vel sui bajuli qui habeat inde de unoquoque sol. venditionis I d. et de quoque solido pignoris I obolum. Et fuit ibi recognitum et concessum quod in isto predicto feodo sunt et debent esse VIII libre.

Item fuit ibi positum et concessum quod post decessum predicti fratris Ramundi Talaran predictus perceptor vel quicumque erit preceptor dicti hospitalis debet mittere et instituere in dicto feodo alium feodotarium qui serviat illud feodum domino episcopo Tolosano, et quod sic per omnia tempora exequatur.

Hoc fuit ita laudatum et concessum X° die introitus mensis septembris, feria I, regnante Lodoyco rege francorum et Ildefonso Tolosano comite, et Ramundo episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°L° primo.

Hujus rei sunt testes Ramundus Resplandius archidiaconus Lezatensis, et Arnaldus Rotbertus de Caslari, et Jacobus cambiator de Petra, et Petrus Gilabertus Sabaterius, et Willelmus Gairaudus, et Petrus Raimundus de Agassollo qui cartam istam scripsit.

47

8 septembre 1259

Pour remplir le testament de Jean de Campagne, sa femme et son fils Bernard vendent à Arnaud Dufresne un demi-arpent de plantier au-delà de l'Hers, et s'engagent à obtenir garantie et confirmation de cette vente par les autres héritiers de Jean quand ils auront atteint l'âge légal. Cette vente fut faite avec le conseil et l'accord de Pierre de Villemur, précepteur de l'Hôpital, qui concède à Arnaud le fief acheté à la femme de Jean de Campagne. Arnaud devra livrer le quart des vendanges à la maison de l'Hôpital, et la dîme dans le même fief.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 35.

Notum sit cunctis quod pro illo plenario posse, quod Johannes de Campanha dederat et concesserat Johanne uxori sue in suo ultimo testamento, vendendi et inpignorandi et aliter alienandi tot de suis bonis, et juribus, mobilibus et immobilibus vel omnia si necesse fuerit ad conplendum suum testamentum, et ea que et dicto testamento continentur, sicut melius et plenius in carta testamenti illius continebatur quam scripserat inde ego Petrus Ramundus Davinus pro predicto posse plenario Johanna tanquamque heres et sponderia, et Bernardus suus filius ejus tamquam heres, vendiderunt, cesserunt, et absolverunt Arnaldo de Fraxino, et suo ordinio, medium aripentum planterii, cum terra in qua est, cum introitu et exitu quod est ultra Yrcium, inter honorem Willelmi Vasconis, et honorem ipsorum venditorum et tenet de honore Johannis Aycardi usque ad exitum.

Et predictus venditor et venditores convenerunt inde facere bonam et fimam guirenciam predicto emptori, et suo ordinio, de omnibus amparatoribus, excepta parte dominationis ipsa

scilicet tanquamque heres, et sponderia, et dictus venditor tanquamque heres, et mandaverunt et promiserunt hanc venditionem facere concedi ab aliis infantibus dicti Johannis de Campanha, scilicet a Ramundo Johanne, et Willelmo Johanne ad comonitionem emptoris et sui ordini quando erunt ipsi infantes perfecte etatis, et guirentiam inde mandari de omnibus amparatoribus ipsi emptori, et suo ordinio, excepta parte dominationis, et inde concedi publicum instrumentum. Preterea, venditores predicti ibidem se habuerunt et tenuerunt pro bene persolutis ab eodem emptore de precio venditionis predicte.

Hec venditio fuit factam consilio et voluntate fratris Petri de Villamuro tunc preceptoris domus hospitalis Jherusalem Tolose qui pro se et fratribus et donatis domus illius est inde dominus. Cui dictus venditor et venditores hoc feodum solverunt et reddiderunt ideo ut illud predicto emptori, et suo ordinio, concederet et laudaret. Quo facte ibidem, idem preceptor frater Petrus de Villamuro laudavit et dedit ad feodum predicto emptori et suo ordinio totum predictum medium aripentum malolem, et plus si ibi est, cum terra in qua est, cum introitu et exitu, sicut melius inter predictas adjacentias includitur.

Sub pacto tanem quod in unoquoque anno in tempore vindemiarum reddat fratribus dicti hospitalis quartum tocius vindemie que inde exierit fideliter, et faciat illud quartum defferri ad eorum domum sine omni ipsorum fratrum aliqua missione, et decima detur in eodem feodo. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feodo fidem inde habeant et IIII d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatur, et predictus feodotarius, nec ejus ordinium, non debet predictam honorem dare ad superfeodum nec ullo alio modo a se alienare, ut domini possint, inde perdere suos pax, nec aliquod suarum dominationum. Sed si illud feodum vendere aut inpignorare voluerit, faciat illud cui possit excepto milite et suo filio, et clerico, et domo religionis, et leprosis, et illud fiat consilio fratrum dicte domus, dicti hospitalis qui habeant inde de quoque sol. vendi I d. et de quoque sol. pignoris, I obolum. Insuper dictus preceptor frater Petrus de Villamuro pro se et fratribus dicti loci presentibus et futuris convenit guirire totum predictum feodum dicto feodotario Arnaldo de Fraxino et suo ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hoc totum fuit ita concessum VIII die introitus mensis septembris, regnum Lodovico rege francorum et Alfonso Tholosano comite et Ramundo episcopo, anno M°CC°L°VIIII° ab incarnatione domini.

Hujus rei prescripte sunt testes frater Johannes de Astaraco, et Geraldus Bladius, et Stephanus Borrellus Pellenus, et frater Willelmus Cozinerius, et Petrus Ramundus Davinus qui cartam istam scripsit.

48

20 avril 1260

Accord entre Pierre de Villemur, précepteur de l'hôpital, et la seigneur Arnalde, femme de feu Bernard de Cahors, et leurs enfants, sur les dix deniers et une obole d'oublies que la veuve devait pour les vignes et mailleuls que Bernard tenait en fief de l'Hôpital et qu'il avait sous-inféodé, à l'insu des hospitaliers, contre versement du quart des récoltes. La veuve reconnaît devoir 6 deniers pour les vignes et la perception du quart des vendanges, aux conditions d'inféodation habituelles : pax*, justice, contrôle des aliénations et interdiction des sous-inféodations. Le précepteur, réserve faite de ses droits et en tant que seigneur, garantit aux enfants de Bernard de Cahors la propriété du fief qu'ils n'ont pas mais que certaines personnes ont reçu en fief de Bernard de Cahors.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 37.

Noverint universi presentes pariter et futuris quod cum questio seu controversia verteretur et diu versa fuisset inter dominum fratrem Petrum de Villamuro preceptorem domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tolose, pro se et fratribus ejusdem domus, ex parte una, et dominam Arnaldam uxorem condam Bernardi de Caturcio, spondariam ipsius Bernardi de Caturcio pro ipso sponderagio, et pro infantibus ejusdem Bernardi de Caturcio ex parte altera, super X denariis et obolo tol. oblias cum omnibus dominationibus ibi pertinentibus que dictus dominus preceptor dicebat dictam dominam Arnaldam pro suis infantibus et pro dicto sponderagio facere debere domui predicte et fratribus ejusdem domus pro illis vineis et terris in quibus sunt, quas dictus Bernardus de Caturcio, tempore vite sue, tenebat fevaliter a fratribus dicte domus, et quas ipsi fratribus nescientibus dederat ad feudum, quarta sibi parte fructuum eorumdem vinearum sibi retenta et dominationibus pertinentibus, quibusdam personis qui ab ipso Bernardo de Caturcio infeudationem receperant supradictam qui sunt inter honorem dicte domus hospitalis sancti Johannis Jherusalem Tolose, et honorem domini episcopi Tholosani, et inter maloles qui fevaliter tenentur a domino episcopo prelibato, et honorem Bonorum Hominum qui fuit, qui tenetur fevaliter a domo hospitali predicto, et carrariam publicam que tendit usque Balmare.

Super revocatione ejusdem infeudationis et super obliis et dominationibus qui usque ad diem presentem pro dicto feodo debebantur et super quantitate obliarum predictorum, ad ultimum facta est super premissis, inter predictas partes, conpositio sub hac forma :

Quod dicta domina Arnalda uxor condam Bernardi de Caturcio supradicti pro suis infantibus et pro sponderagio supradicto de consilio voluntate et assensu Ramundi de Ponte et Ramundi de Caturcio filii condam dicti Bernardi de Caturcio et Gausberti de Caturcio, consiliariorum ejusdem domine Arnalde in dicto testamento statutorum pro suis infantibus et pro sponderagio supradicto, recognovit et concessit et verum esse asservit quod infantes sui et pro eis et eorum nomine, ipsa domina Arnalda, ut eorum spondaria tenebant et tenere debebant et etiam maritus ejus condam Bernardus de Caturcio supradictus, tempore vite sue, tenuerat et tenere debuerat a fratribus dicte domus hospitalis fevaliter omnes vineas supradictas cum terris in quibus sunt sicut melius includuntur inter adjacencias supradictas, et quod inde faciebant et facere debebant et etiam ipsa domina Arnalda pro suis infantibus et predicto sponderagio facere et promisit ejusdem fratribus in perpetuum annuatim in festo Sancti Thome VI d. tol. oblias pro dictis vineis cum terris in quibus sunt et pro quarto quod inde fieri debebat dicto Bernardo de Caturcio et ejus heredibus, et omnes dominationes illis VI d. pertinentes, scilicet XII d. tol. retroacapte quando evenerit, et de clamore hujus feudi fidem habeant dicti domini scilicet fratres dicte domus hospitalis, et IIII d. tol. justiciam si feudotarii fuerint inculpati.

Et si filii et heredes dicti Bernardi de Caturcio dictum quartum et feudotarii qui dicta tenent vineas vel tenebunt suam proprietatem dictarum vinearum vendere aut inpignorare voluerint faciant hoc consilio fratrum dicte domus hospitalis et reddant inde eis quisque de tanto quantum ad se pertinet de uno quoque sol. venditionis I d. et de uno quoque sol. pignoris, I obolum. Et hoc feudum non potest super feudari nec aliter alienari pro quo domini fratres dicte domus hospitalis possent inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum.

Et dictus dominus preceptor frater Petrus de Villamuro pro se et omnibus fratribus dicte domus hospitalis presentibus et futuris, salvis et retentis sibi et eisdem fratribus in dictis vineis infra dictas adjacencias inter clusis cum terris in quibus sunt, scilicet in proprietate et quarto predictis, VI d. tol. oblias qui inde eis reddantur, de cetero annuatim in perpetuum in dicto festo et dicto reacapte et fide et justicia et venditionibus et inpignorationibus, et quod non superfeudetur nec alienetur pro quo possint ipsi fratres inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum sicut melius hec omnia sunt prescripta, promisit firmiter et convenit esse guirens infantibus dicti Bernardi de Caturcio de predicto quarto sive obliis et dominationibus quas ipsi infantes inde non habeant et personis que dicta feuda a dicto Bernardo de Caturcio receperunt de proprietate dictarum vinearum de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, et etiam

idem dominus preceptor habuit et tenuit se pro bone paccato de omnibus obliis et dominationibus que usque ad diem presentem pro dicto feudo debebantur.

Hacta facta fuerunt hec XI die exitus mensis aprilis, regnante Lodovico francorum rege, et Alfonso Tolose comite, Ramundo episcopo, anno M°CC°LX° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Willelmus de Rayna, et Bernardus Poncius de Galhaco notarii, et Willelmus de Marcilio, et Willelmus de Sancto Martino, et Poncius Cicardi clericus, et de laudamento et concessione dictorum Ramundi de Caturcio, et Gausberti de Caturcio de quo sunt testes Ramundus Molendinus, campsor, et Arnaldus Petrus Cervunerius, et Ramundus Rosaudus masonerius, et Arnaldus de Terre, et Johannis Toseti est de toto testis qui cartam istam scripsit.

49

5 mars 1261

Pierre Gascon, fils de Raimond Gascon et Rixenda, a vendu à Guillaume Angers Olier, pour le juste prix et en deniers, un demi-arpent de mailleul. Pierre de Villemur, commandeur de l'Hôpital de Toulouse, confirme cette vente contre versement des pax *et transfère le fief à l'acheteur qui devra livrer chaque année le quart des vendanges.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 36.

Notum sit cunctis quod Petrus Vasco, quondam filius Raimundi Vasconis, et Rixenda mater ejus uxor quondam dicti Ramundi Vasconis, vendiderunt et vendendo de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis guirire convenerunt Guillelmo Augerio olierio et ejus ordino pro justo et competenti precio quod ab eo recognoverunt et concesserunt habuisse et recepisse in pecunia et denariis numeratis, totum illud medium aripentum malolem, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est inter honorem ipsius emptoris et inter honorem Petri de Aulono et exitum. Et absolverunt et reddiderunt feudum venditores supradicti fratri Petro de Villa Muro, comendatori domus hospitalis Jherusalem Tolose, ideo ut illud dicto emptori concederet et laudaret. Quo facto, dictus frater Petrus de Villamuro pro se ipso et successoribus suis et omnibus habitatoribus dicti hospitalis presentibus et futuris, pro pax quos inde habuit laudavit, et dedit ad feudum, et ad feudum dando et omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire convenit dicto emptori Guillelmo Augerio et ejus ordinio totum predictum medium aripentum malolem, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, uti superius terminatur.

Tali pacto ut quoque anno, in tempore vindemiarum, reddat inde fratribus dicte domus hospitalis fideliter quartum tocius vindemie que inde exierit et faciat illud defferri ad domum predictam sine omni missione ipsorum fratrum, et reacapte VI d. tol. quando evenerit, et de querela hujus feudi fidem habeant domini et IIII d. justiciam si feudotarius fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictam honorem dare ad super feudum nec aliter a se alienare cur domini possint amittere inde pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illum vendere vel inpignorare voluerit faciat cui possit exceptis milite, et suo filio, clerico et domo religionis, consilio tamen dictorum dominorum qui habeant inde de quoque sol. venditionis I d. et de quoque sol. pignoris I obolum.

Predicta venditio fuit facta V die introitus mensis marcii, regnante Lodovico francorum rege, Alfonso Tolose comite, Ramundo episcopo, anno incarnationis domini M°CC°LX°.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Carigia, et Amelius subcapellanus Beate Marie de Albate, et Johannes de Alta Rippa Saralherius et Guillelmus Hugonis qui cartam hanc scripsit.

50

8 septembre 1265

Arnaud Dufresne donne, cède et vend à Odon de Feners un demi-arpent de mailleul, se trouvant au-delà de l'Hers, dans les quartiers de l'Hôpital de Toulouse. En échange de quoi Odon de Feners s'engage à renoncer à ses droits de dépaissance.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 38.

Notum sit cunct[is quod] Arnaldus de Fraxino non coactus vel deceptus vel ab aliquo ad hoc inductus sed de sua bona et gratuita voluntate et libero animo dedit, cessit et absolvit et in perpetuum dereliquit donatione purissima inter vivos facta et in perpetuum valitura Odoni de Fenerio et ejus ordinio totum illud medium aripentum malolis, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu quod est ultra flumen Yrcii in quartis hospitalis Sancti Johannis Tolose, inter honorem Willelmi Gasconis de duabus partibus, et tenet de honore Johannis Aycardi usque ad exitum, et hoc ad omnes voluntates ejusdem Odonis de Fenerio et ejus ordinio, in perpetuum faciendas, sine aliqua retentione, conditione seu exceptione quam ibi dictus Arnaldus de Fraxino non fecit vel proposuit ullo modo. Immo debet et convenit idem Arnaldus de Fraxino esse bonus guirens et facere semper bonam et fimam guirentiam dicto Odoni de Fenerio et ejus ordinio de toto predicto medio aripento malolis et plure si ibi est, sicut superius adjacentiatur de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Et mandavit et convenit idem Arnaldus de Fraxino, dicto Odoni de Fenerio et ejus ordinio, quod contra dictam donationem, cessionem et absolutionem, vel ea que superius dicta sunt, non veniat, per se vel per alios, nec venire aliquod paciatur renuncians super huc, idem Arnaldus de Fraxino, ex carta et considerata scientia, omni juris tam civili quam canonici auxilio, et beneficio communi videlicet, et privato, et specialiter illis juribus que fragunt et revocant donationes causa ingratitudinis vel necessitatis et denique omni alii juri scripto et non scripto quibus mediantibus contra predicta venire posset ullo modo.

Hoc fuit factam VIII die introitus mensis septembris, regnante Lodovico rege francorum, Alfonso Tolose comite, Ramundo episcopo, anno M°CC°LX°V° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Benechus Tororerius, et Willelmus Anularius, et Arnaldus Andreas pelliparius, et Willelmus Laurentius de Furno Bastardo, et Guillelmus Pictavinus qui cartam istam scripsit.

51

13 octobre 1269

*Bernard de Caminières, précepteur de la maison de l'Hôpital, confirme la vente d'un demi-arpent de mailleul, situé au-delà de l'Hers, que son feudataire Arnaud Dufresne a vendu à Odon de Feners (*cf *acte n°50).*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 39.

Notum sit quod frater Bernardus de Chamineriis preceptor domus hospitalis Jherusalem Tolose, pro se et omnibus suis successoribus et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus, presentibus et futuris, laudavit et confirmavit, per bonam et fimam habuit et tenuit, totam illam donationem, cessionem et absolutionem quam Arnaldus de Fraxino fecerat Odoni

de Fenerio et ordinio suo, de toto illo medio aripento malolis et plure si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est ultra flumen Yrcii, qui malolius tunc erat inter honorem Willelmi Gasconis de duabus partibus et honorem Johannis Aycardi, et exitum comunem, sicut melius et plenius in carta donationis illius, quam ego Guillelmus Pictavinus scripsi continebatur. Et ideo dictus dominus frater Bernardus de Chamineriis preceptor, ratione et nomine donationis predicte, recognovit et concessit per suum feodotarium dictum Odonem de Fenerio, et ejus ordinium de supradicto medio aripento malolis sicut superius adjacentiatur. Et promisit et debet inde esse guirens dictus dominus frater Bernardus de Chamineriis pro se et successoribus suis omnibus, et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicti hospitalis presentibus et futuris, dicto Odoni de Fenerio et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, salvis inde et retentis ibi deinde ipsi domino preceptori et fratribus dicti hospitalis omnibus suis censibus usibus et dominationibus sicut melius in cartis feodi continetur.

Hoc fuit factum XIII die introitus mensis octobri, regnante Lodovico rege francorum, Alfonso Tolose comite, Ramundo episcopo, anno M°CC°LX°VIIII ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Ramundus Doatus qui manet in carraria Bernardi Raynaldi, et Arnaldus de Malo Vicino, et Guillelmus Pictavinus qui cartam istam scripsit.

52

27 mars 1272

Pierre de la Place, camérier du seigneur Bertrand évêque de Toulouse, se déclare bien payé des deux sous d'oublies que doit Raimond l'Hospitalier, au nom de l'Hôpital de Toulouse, pour les terres et les honneurs de la domus *de la Devèze, dans l'honneur et l'alleu de Balma et de Beauville. De la même façon, il se déclare bien payé des quatre sous de rétroacapte dus suite à la mort de Raymond du Fauga, ancien évêque de Toulouse.*

A. Original, bandelette de parchemin agraffée dans une liasse de quatre parchemins, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 367 B.

[Cun]ctis quod magister Petrus de Plano, camerarius domini Bertrandi episcopi Tholosani, sponte sua recognovit et concessit quod frater Raimundus de […] hospitalius pro se et omnibus fratribus domus hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Tolose, persolvant ei in peccunia numerata II sol. tol. bonorum obliarum que debebantur solvi [domino episco]po in festo Sancti Thome apostoli proximo preterito habuit I annum et alios II sol. tol. que debebantur solvi eidem domino episcopo, in dicto festo Sancti Thomes apostoli proximo […] et IIII sol. tol. bonorum pro retroacapite, per mortem domini fratris Raimundi quondam episcopi Tholosani, pro illis terris et honoribus, quas et que dicti fratres tenent […]aliter ratione dicte domus Devesie, a dicto domino episcopo, in honore et alodio de Balmar, et de Bovilla, de quibus predictis summus peccunie dictus magister Petrus ha[…] se pro eodem domino Bertrando episcopo et ejus loco et nomine pro bene paccato et contento, et solvit in dictos fratres et bona eorum pro dicto domino episcopo sine retentu, que ibi non [fec]it. Immo debet et convenit in esse guirens eisdem fratribus de omni petitione que a dictus summus peccunie obliarum et retroacapite pro dicto domini episcopo vel […] eis fieret in futurum.

Actum fuit hec V die exitus mensis marcii, regnum Philippo Francorum rege et dicto Bertrando Tolosano episcopo, anno M°[…][(a)] primo ab incarnatione Domini. Hujus rei sunt testes Petrus de Ponsone et Guillelmus Jordani de […] et Bernardus de Anglada qui [cartam istam] scripsit.

(a) L'année est pincée dans l'agrafe de la reliure, mais elle est indiquée sur la tranche du parchemin.

53

11 juillet 1273

Bernard de Caminières, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, est parvenu à un accord avec Bérenger Raimond, fils de feu Arnaud Bérenger, et Raimond Arnauld, fils de feu Raimond Coste, dans un conflit qui les opposaient pour les redevances d'un mailleul situé sur les rives de l'Hers. Ces redevances étaient dues par Arnaud Raimond Coste, grand-père de Raimond Arnaud, à Arnaud Bérenger, mais avaient été usurpées par feu le comte de Toulouse, qui avait procédé à une saisie injustifiée desdits biens. Ces derniers, gérés par Arnaud Bérenger et Etienne Signar, avaient ensuite été inféodés à Raimond le bailli, qui lui-même les avaient transmis à Raimond Arnaud. En vertu de cet accord, Bérenger Raimond et Raimond Arnaud reconnaissent le prieur de l'Hôpital comme le seigneur légitime du mailleul et, après lui avoir payé tout ce qui lui était dû jusqu'à ce jour, acceptent de tenir le fief pour lui selon des clauses classiques d'inféodation, en livrant notamment de façon annuelle trois oboles d'oublies. Raimond Arnaud reconnaît, lui, devoir payer le quart de ses vendages à Bérenger Raimond.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 40.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod dominus frater Bernardus de Camineriis, preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Tolose pro se et successoribus suis, consilio et voluntate fratris Johannis de Astaracco, Guillelmi de Monteserano, Guillelmi de Roqueta presbitorum, Ramundi de Devesia, Guarini, Guillelmi Boverii clavigeri, et Guillelmi coquinarii fratrem dicte domus hospitalis, ex parte una, et Berengarius Raimundi, filius quondam Arnaldi Berengarii, et Raimundus Arnaldi, filius condam Raimundi Coste, pro seipsis ex parte alteram, fecerunt inter se compositionem de omnibus questionibus que vertebantur inter ipsas partes ratione tocius illius mailolis, et pro dominationibus ejusdem qui fuerat Arnaldi Ramundi Coste et Ramundi ejus filii, patris Ramundi Arnaldi supradictis, quem idem Raimundus Arnaldi habebat et tenebat in riparia Yrcii — inter honorem Petri Poncii et Guillelmi Petri Asini fratrem et carrarias publicas — in feudo et dominio domus hospitalis supradicte. Quem mailolem dictus Arnaldus Berengarii et Stephanus Signarii — qui quo ad hoc erant in vice domini comitis quondam Tholosani ratione donationis sibi terrem ab ipso domino comite de bonis dicti Ramundi Coste, que ad ipsum domum comitem venerant in incursum minusjuste — dederant ad feudum Raimundo bajulo, qui postea illud dederant Raimundo Arnaldo supradicto, cui predicto Berengario Raimundo jus predicte vinee pertinebat pro parte suo supradicto, cui dictus Stephanus Signarii jura sibi in dicto mailole competentia dederat et concesserat, sicut hoc omnia supradicta certa erant per publica instrumenta producta et per lecta in presencia totiu[m] subscriptorum.

In qua compositione, Berengarius Raimundi et Raimundus Arnaldi supradicti recognoverunt et concesserunt et verum esse asserv[erunt] quod ipsi tenebant et tenere debebant et tenebant fevaliter a dicto domino preceptore et fratribus et habitatoribus presentibus et futuris dicte do[mus …] dictum mailolem cum terra in qua est, infra dictas adjacentias inter clusum, videlicet dicti Raimundus Arnaldi [...] vineam et [...]di quartum ejusdem vinee sic cum sine dominationibus et promiserunt firmiter et convenerunt reddere […] dicto domino preceptori et successoribus suis et habitatoribus dicte domus hospitalis presentibus et futuris […] obliarum, videlicet dictus Berengarius Raimundi III obolos tol. obliarum pro suo quarto dicte vinee et re[acapte …] hujus feodi fidem inde habeant domini et IIII d. tol. justiciam si dictus feudotarius juste fuerit inculpatus [... …]liarum pro suo feodo et retroacapite IIII d. tol. et obolum quando

evenerit. Et de clamore feodi fidem inde habeant domini et III[I d. justiciam si dictus feodota]rius juste fuerit inculpatus. Et dicti feudotarii, videlicet Berengarius Raimundi et Raimundus Arnaldi vel eorum ordinium non [debet in]feodare, vendere, nec impignorare, nec aliter alienare pro quo domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si [...] aliquid inde vendere vel impignorare voluerint vel aliquis eorum fiat hoc consilio dominorum, quibus reddant inde scilicet quisque de suo feodo [...] sol. venditionis, I d. tol. et de quoque sol. pignoris I obolum tol.

Item dictus dominus preceptor salvis et retentis sibi et successoribus suis et habitatoribus dicte domus hospitalis presentibus et futuris predictis obliis et dominationibus, que eis reddantur pro dictis feudis ut est dictum habuit et tenuit se pro bene paccato et contento de toto hoc quod ab eis petere poterat aliquo modo ratione donationis feudorum usque ad diem presentem, et recognovit et concessit dictos Berengarium Raimundi de suo predicto quarto dicte vinee, et Raimundum Arnaldi de vinea supradicta per suos feodotarios, promitens inde eis et eorum ordinio esse guirens, videlicet cujuslibet illorum de suo feodo de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Item predictus Raimundus Arnaldi promisit facere, reddere et portare annuatim dicto Berengario Raimundi et ejus ordinio quartum tocius vindemie que exierit de vinea supradicta ad domum dicti Berengarii Raimundi, vel per urbem et suburbium ville ubi dicto Berengario Raimundi et ejus ordinio placuerit, sine omni ipsius Berengarii Raimundi et sui ordinii missione.

Actum fuit hoc XI die introitus mensis julii, regnum Philippo Francorum rege, et Betrando Tolosano episcopo, anno M°CC°LXX° tercio ab incarnatione domini. Hujus rei sunt tes[tes] Guillelmus de Rayna, et Petrus de Vasqueriis notarii, et Petrus Bertrandi, et Raimundus bajuli, et Bernardus de Anglada qui cartam istam scripsit.

54

11 juillet 1273

*Bérenger Raimond, fils de feu Arnaud Bérenger, reconnaît tenir en fief de Bernard de Caminières, précepteur de l'Hôpital, un pré entouré de fossés proche du lieudit de l'*Ylhola den Costa *et du fleuve de l'Hers. Il doit leur donner chaque année à la fenaison le tiers de sa récolte de foin.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 41.

Notum sit cunctis quod Berengarius Ramundi filius quondam Arnaldi Berengarii, sponte recognovit et concessit domino fratri Bernardo de Camineriis, preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Tolose, stipulanti et recipienti pro se et successoribus suis, et omnibus fratribus et habitatoribus dictus domus hospitalis presentibus et futuris, quod ipse Berengarius Ramundi tenebat et possidebat fevaliter ab ipso domino preceptore et fratribus et habitatoribus prenominate domus hospitalis, illud pratum cum terra in qua est, cum introitu et exitu, quod est ubi vocant Ylhola den Costa, valli circumdatum, et est inter pratum dicte domus hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et honorem Bernardi Ramundi Baranhoni et flumen Yrcii.

Et quod faciebat et facere debebat et faciet in futurum et reddet eidem domino preceptori et fratribus et habitatoribus dicte domus hospitalis in eodem prato terciam partem tocius feni quod inde exierit quolibet anno bene et fideliter in feneriis, et IIII d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus, et quod dictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hoc predictum feodum super feodare, vendere, nec impignorare, nec aliter alienare pro quo domini

possint inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum, sed si vendere vel impignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum qui habeant inde de quoque sol. vendi I d. tol., de quoque sol. pignoris I obolum. Et dictus dominus preceptor, pro se et successoribus suis, consilio tamen et voluntate Johannis de Albaracco, Guillelmi de Monte Serone, Guillelmii de Roqueta presbiterorum, Ramundi de Devesia, Guarini, Guillelmi Boverii clavigeri, et Guillelmi coquinarii fratrum dicte domus hospitalis, salvis et retentis sibi et successoribus suis et fratribus et habitatoribus omnibus dicte domus hospitalis, presentibus et futuris, dicta tercia parte feni et dominationibus supradictis quod eis reddantur uti evenerint in futurum, recognovit et concessit ipsum Berengarum Raimundi per suum feodotarium de prato supradicto, et etiam promisit inde ei et ejus ordinio esse guirens de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Actum fuit hec XI die introitus mensis julii, regnum Philippo francorum rege, et Bertrando Tolosano episcopo, anno M°CC°LXX° tercio ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Rayna, et Petrus de Vaqueriis notarii, et Petrus Bertrandi, et Ramundus Bajuli, et Bernardus de Anglada qui cartam istam scripsit.

55

15 février 1275

*Étienne de Castille, berger, reconnaît devoir payer annuellement au frère Raymond Aycard, grangier de la maison de l'Hôpital de la Devèze, 12 deniers pour la dépaissance de ses animaux sur les berges de l'Hers, dépendant de l'*empriu *des Hospitaliers. Il reconnait devoir la même somme selon les mêmes modalités à Raymond de Blagnac, berger de la porte de Lascrosses. De même, Stéphane a confirmé avoir vu et entendu qu'Élie de Bosquet versait ces douze deniers annuels au frère de l'hôpital pour les mêmes raisons, en plus d'une paire de fromage pour le compte de Pierre Arnaud.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 44.

Noverint universi presentes paginas inspecturi, quod Stephanus Castilho Ovelherius, existens personaliter die infrascripta, et in presentia testium infra scriptorum in domo hospitalis jherusalemni tholose sua sponte et gratuita voluntate ac deliberato animo recognovit et in veritate confessus fuit quod idem Stephanus dederat et persolverat fratri Ramundo Aycardi, grangerio domus ejusdem hospitalis de Devesia, recipienti nomine et vice dicte domus hospitalis de Devesia pro ademprivo et ratione et nomine ademprivi pratorum ripparie Ircii illorum videlicet pratorum que dicta domus habet in dicta ripparia pro pastendis animalibus suis in dicta ripparia et pratis predictis XII denarios tolosanos annuatim. Dixit etiam et asseruit idem Stephanus quod ex causa et ratione similiter dicti ademprivi persolvit idem Stephanus, pro Ramundo de Blanhato Ovelhero de Porta de Crozis eidem fratri Ramundo recipienti nomine quo supra alios XII denarios tolosianos annuatim item dixit et asservit et in veritate confessus fuit idem Stephanus quod ipse vidit et audivit quod Helias de Bosqueto et Petrus Arnaldi Ovelherius ex causa et rationibus supradictis et ratione dicti ademprivi dederant et serviverant eidem fratri Ramundo recipienti nomine quo supra, videlicet dictus Helias annuatim XII denarios tolosanos et dictus Petru Arnaldi similiter annuatim unum par caseorum. Que omnia et singula uti superius scripta sunt, dictus Stephanus vera esse asseruit atque dixit.

Hoc fuit factum XIIII die exitus mensis febroarii regnante Phylippo francorum rege, Bertrando episcopo Tholosano, anno M°CC°LXX° quarto ab incarnatione domini. Hujus rei sunt testes Ramundus Bajulus et Petrus de Justarreto et Ramundus. Johanes Vasco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

56

8 juin 1275

Odon de Feners a vendu à Pierre Ruffus*, fournier, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers pour 12 sous. Bernard de Caminières, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, a ensuite approuvé la vente et a donné la terre en fief à l'acheteur, à la condition qu'il livre le quart de ses vendanges tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers, et qu'il donne la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 42, paragraphe A.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Hodo de Fenerio vendidit et justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis, absolvit in perpetuum et quitavit Petro Ruffo furnerio ementi totum illud medium aripentum malolis et plus vel minus si ibi est cum terra in qua est, cum introitu et exitu, — quod dicitur esse ultra flumen Yrcii, inter honorem Benedicti et inter honorem Guillelmi de Nement et tenet de honorem Johannis Aycardi qui fuit usque ad exitum — cum omnibus juribus et actionibus tunc spectantibus de jure vel de facto, pro precio XII sol. tol. Quod precium dictus venditor recognovit a dicto emptori habuisse et recepisse, et si dictus maleolis ultra dictum precium plus valet vel valiturus est in futurum precio supradicto, illud plus dictus venditor dedit dicto emptori et ejus ordinio donatione pura inter vivos cum hoc publico instrumento nunc et perpetuum valituro pro omni voluntate ipsius emptoris et ejus ordini inde perpetuo facienda.

Promittens dictus venditor dicto emptori stipulanti esse guirens et deffendere de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et deffendere cum omnibus suis propriis expensis judicum et advocatorum et in se et super se litem seu lites sucipere quandocumque et quotienscumque dicto emptori vel ejus ordinio moveretur, et refficere omnia dampna, missiones et expensas que et quas inde fecerit in judicio seu extra. Spolians se de possetione dicti malolis et de omni jure quod ibi habebat et dicto emptori tradidit quedam instrumenta ad dictum malolem pertinentia, in signum tradite possetionis sive date. Renuncians dictus venditor exceptioni precii non habiti nec recepti et omni legum juris et facti auxilio.

Hec venditio fuit facta concilio et voluntate domine Bone uxoris dicti venditoris que si aliquid jus vel ratione habebat vel habere debebat ratione, dotis vel donationis propter nuptias vel aliter, illud solvit dicto emptori et guirentiam ex suis partibus promisit, renuncians dicta domina juri hypoteticarum que mulieres habent in bonis et super bonis virorum pro eorum dotibus restituendis et Julie de fundo dotali et omni legum, juris et facti auxilio, certificata per notarium infrascriptum quod dicant et quod jura continentur in ipsis. Item dicta domina ad Sancta evangelia corporaliter tacta juravit tenere et complere omnia et singula supradicta.

Item dicta venditio fuit facta concilio et voluntate Guillelmi Johannis de Campanha, filii condam Johannis de Campanha, qui si aliquid jus vel ratione habebat vel habere debebat jure, modo aliquo seu casu in dicto malole, illud solvit dicto emptori et guirentiam ex suis partibus promisit et ad Sancta evangelia juravit tenere et complere omnia supradicta et non contra facere de jure vel de facto.

Item hec venditio fuit facta concilio et voluntate fratris Bernardi de Chamineriis preceptoris tunc domus hospitalis Jherusalem Tolose qui pro se et fratribus et donatis domus illius est inde dominus cui dictus venditor solverat hunc feudum, ideo videlicet, ut illud dicto emptori concederet et laudaret, quo facto, ibidem idem preceptor frater Bernardus laudavit et dedit ad feudum dicto emptori predictum malolem supra adjhasensiantum. Sub pacto tamen quod in unoquoque anno, in tempore vindemiarum, reddat fratribus dicti hospitalis quartum tocius vindemie que inde exierit fideliter et faciat illud quartum defferri ad eorum domum sine

omni eorum fratrum aliqua missione, et decima detur in eodem feudo. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidem inde habeant, et IIII d. tol. justiciam si juste feudotarius fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad super feudum nec ullo alio modo a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliqui suarum dominationum, set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat illud cui possit excepto militis et suo filio, et clerico, et domo religionis, leprosis et illud fiat concilio fratrum dicte domus qui inde habeant de quoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et dictus frater Bernardus promisit esse guirens pro dictis fratribus dicte domus presentibus et futuris de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Acta fuit hec videlicet dicta venditio et concensum et absolutio mulieris VII die exitus marcii, sub anno Domini M°CC°LXX° quarto. Et absolutio dicti Guillelmi Johannis VIII die introitus madii. Et laudamentum dicti fratris Bernardi fuit factum VIII die introitus junii, sub anno Domini M° CC° LXX° quinto, regnum Philippo regis Francorum, Bertrando episcopo Tholosano.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Petri de Carcasona et Bernardus Petri sutor, preter absolutionem dicti Guillelmi Johannis de qua sunt testes Guillelmus Visco, et Ademarius Catalanus et Stephanus de Cerveria publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

57

2 janvier 1276

Pierre Ruffus*, fournier, a vendu à Bernard* Brosse *et Guillelme, sa femme, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers pour 20 sous. Le frère Jean, au nom de Bernard de Caminières, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, a ensuite approuvé la vente et a donné la terre en fief à l'acheteur, à la condition qu'il livre le quart de ses vendanges tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers, et qu'il donne la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 42, paragraphe B.

Notum sit cunctis quod Petrus Ruffus furnerius sponte sua vendidit et justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis absolvit et quitavit Bernardo Brosse et Guillelme ejus uxori ementibus totum illud medium aripentum malolis, et plus vel minus si ibi est cum terra in qua est et cum introitu et exitu, — quod esse dixerunt ultra flumen Yrcii, inter honorem Bernatus, et inter honorem Guillelmi de Remore et tenet de honorem Johannis Aycardi qui fuit usque ad carrariam publicam — cum omnibus juribus et actionibus tunc spectantibus de jure vel de facto, pro precio XX sol. tol. Quod precium dictus venditor recognovit a dicto emptore habuisse et si dictus malolis ultra dictum precium plus valet vel valuerit in futurum illud plus quantumcumque sit dictus venditor dedit dicto emptori et ejus ordinio donatione pura inter vivos cum hoc publico instrumento nunc et in perpetuum valituro.

Et dictus venditor tradidit dicto emptori quedam instrumenta ad dictum malolem pertinensia in signum tradidit possetionis sive date. Promittens dictus venditor dicto emptori stipulanti esse guirens de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et defendere cum omnibus suis propriis expensis judicum et advocatorum et in se et super se litem seu lites sucipere quandocumque et quotienscumque eidem emptori moveretur et refficere omnia dampna et expensas que et quas fecerint in judicio seu extra.

Hec venditio fuit facta concilio et voluntate dicte Arnalde uxoris dicti venditoris que si aliquid jus vel ratione habebat vel habere debebat in dicto malole, ratione dotis vel donationis propter nuptias, illud solvit dictis emptoribus guirentiam ex suis partibus promisit renuncians juri ypoteticarum que mulieres habere habent in bonis et super bonis virorum pro eorum dotibus

restituendis et juri ypoteticarum que mulieres habent et bonis et super bonis virorum pro eorum dotibus restituendis certificata per notarium infrascriptum quod dicant et quod jura continentur in ipsis et ad Sancta evangelia juravit tenere et complere cum supradicta.

Hec venditio fuit facta concilio et voluntate fratris Johannis tunc tenentis locum ut dixit fratris Bernardi de Chimineriis tunc preceptoris domus hospitalis Jherusalem Tolose qui pro se et fratribus et donatis de domus in preceptore predicto laudavit et dedit ad feudum et guirentiam ex parte dominationis promisit dicto emptori supra adjhasensiantam.

Sub pacto tamen quod in unoquoque anno in tempore vindemiarum reddat fratribus dicti hospitalis quartum totius vindemie que inde exierit fideliter, et faciat illud quartum defferri ad eorum domum in omni eorum fratrum aliqua missione et decima detur in eodem feudo. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidem inde habeant et IIII d. tol. justiciam si juste feudotarius fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad super feudum nec ullo alio modo a se alienare ut domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum et si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat illud cui possit excepto militis et suo filio, et clerico et domo religionis, et leprosis, et illud fiat concilio fratrum dicte domus qui inde habeant de quoque sol. venditionis I d. et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Actum fuit hoc XIIII die introitus junii, excepta absolutione mulieris et laudamento dicti fratri Johannis quod totum fuit factum secundo die exitus ejusdem mensis januarii, regnum Philippo rege Francorum, Bertrando episcopo Tholosano, anno Domini M°CC°LXX° quinto.

Hujus rei sunt testes Petrus de Procusa, et Guillelmus Johannes, et Guillelmus Sartor, et Stephanis de Cerveria publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

58

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères trois obolades de terre situées au lieudit du Toron à Pierre Casque, habitant du faubourg de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et neuf deniers d'oublies, et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièces 51 et 52.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco, hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Casca Tarragonensis qui manet in barrio Porte nove, et ejus ordinio, tres obolatas terre que sunt ibi vocatur ad Toronnum, cum loco in quo sunt et cum introitu et exitu, et sunt inter honorem Guillelmi Arnaldi, et inter honorem Petri Bergonhoni, et tenet de feudo Carbonelli usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra plantaverit dictam vineam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol.

et novem d. tol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii VI d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter[(a)] a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditonis I d., et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Casca, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Casca recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris, regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Copié deux fois dans le texte.

59

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et une pogésée de terre situés au lieudit du Toron à Bernard-Bertrand Gilles, habitant de la rue de la Frênerie. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers cinq sous, sept deniers et une obole d'oublies, et huit deniers et une obole de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 53 et 83.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo Bertrando Egidio de carrariam de Freneriis, et ejus ordinio, unum aripentum et unum pogesatum terre quod totum est ibi ubi vocatur ad Toronum inter honorem Guillelmi Gante, et inter honorem Petri Casca, et inter honorem Petri Beneyti, videlicet cum introitu et exitu.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus

quinque sol. tol. et septem d. et obolum tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. et obolum. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justi[ciam si feu]dotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dar[e, nec vendere, n]ec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec a[liquid suarum domin]ationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. vendito[nis unum denarium], et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Bertrando, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Bertrandus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartodecimo die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

60

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères une obolade de terre située au lieudit du Toron à Pierre Bergonhon, habitant de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quinze deniers d'oublies, et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 54.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi presentor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Bergonhono de carrariam Sauguede, et ejus ordinio, I obolatam terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est ad Toronnum inter honorem Petri Casqua, et inter exitum Carbonelli ex duabus partibus, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quindecim d. tol. oblias. Et retroacapte II d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem

feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habuerant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditonis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Bergonho, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Bergonhonus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

61

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères trois arpents et une pogésée de terre situés au lieudit du Toron à Pierre Casque, habitant du faubourg de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quinze sous, trois deniers et une obole d'oublies, et huit deniers par arpent de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 55.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Casca T[ar]ragonensis qui manet in barrio Porte nove, et ejus ordinio, tria aripenta et unam pogesatam terre cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, quod totum est ibi ubi vocatur ad Toronnum inter honorem Guillelmi Gante frenerii, et inter honorem Bernardi Bertrandi Egidii, et inter feudum Carbonelli, et inter honorem Petri Beneyti, et inter honorem Guillelmi de Serra sartoris, et inter honorem Raimundi de Savarduno, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam et quod in eadem terra plantaverit dictam vineam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus

dicte domus quindecim sol. et tres d. et obolum tol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii pro quolibet aripento octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habuerant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditonis unum d., et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Casca, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Casca recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra pagellator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

62

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères trois obolades de terre situées au lieudit du Toron à Pierre Jean, habitant de Montaygon. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et neuf deniers d'oublies, et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 56.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Johannis de Monte Aygone, et ejus ordinio, tres obolatas terre cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, que sunt ibi ubi vocatur ad Toronnum, inter honorem Petri de Deo, et inter exitu ejusdem honoris, et tenent de medio rivo usque ad alium medium rivum.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra plantaverit dictam vineam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. et novem d. tol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii

sex d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habuerit, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare pro quo domini possint inde perdere eorum pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Johannis, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Petrus Johannes recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicte.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

63

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de la Côte à Arnaud de Bagnères, habitant de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 58.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo de Banheriis de porta Ville Nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est apud Costam inter honorem Johannis Sobirani, et inter honorem Arnaldi den Domero, et tenet de medio rivo usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam vineam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec

dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Banheriis, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus PArnaldus de Banheriis recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicte.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marcelli, et Guillelmus de Serra sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

64

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une pogésée de terre situés dans la condamine dite de la Côte à Guillaume Roger, habitant de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et quatre deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 59 et 108.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie tunc claverii, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit et concessit ad feudum Guillelmo Rogerio de porta Ville Nove, et ejus ordinio, medium aripentum et unam pogesatam terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, quod totum est in condamina que vocatur de Costa, inter honorem Petri Arnaldi Catalani, et inter honorem predicti hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam vineam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. et quatuor d. tol. obliarum. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se

alienare pro quo domini possint inde perdere eorum pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Rogerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Rogerius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

65

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Bernard de Pexiora, habitant de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 60.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus predicti hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de Podio Siurano de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa inter honorem Raimundi Johannis sutoris, et inter honorem Petri Oliverii, et inter carrariam de Bovilla, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus III sol. tol. oblias. Et retroacapite quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem

vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Podio Siurano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de podio Siurano recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marcelli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

66

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé au lieudit de la Jonquas à Bernard d'Escampont, habitant de la rue du Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers cinq sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 63.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus predicti hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bernardo Descanpont de carraria Sauguede, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Junccas inter honorem Petri de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem predicti Raimundi Descanpont, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam[(a)] et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus quinque sol. tol. obliarum. Et retroacapite octo d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feodum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feodum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Descanpont, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Descanpont recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra, et Guillemus de Serra sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Le scribe a écrit par erreur « vineat dondrictam ».

67

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de la Jonquas à Arnaud de Font. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 64.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo de Fonte, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Juncquas inter honorem Arnaldi Catalani, et inter exitum ejusdemn honoris et inter carrariam publicam, et inter honorem Petri de Prinhaco.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam teneat et quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIIIor d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc

predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Fonte, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus de Fonte recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

68

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre, situé dans la condamine proche du bosquet d'Adrien de Prignac, à Guillaume Pierre, habitant de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 65.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Petri de carraria Sauguede, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter feudum predicti Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem Arnaldi Gobiani et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terram vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant, et IIIIor tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillemo Petri, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Guillelmus Petri recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et plactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

69

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur les rives de l'Hers à Jean Ravin, habitant de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 68.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Johannis Ravino de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad rippariam Yrcii inter honorem Johannis Pictavini, et inter pratum domus predictis hospitalis, et inter exitum ejusdem honoris, et carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johannis Ravino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Johannes Ravinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium

Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

70

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur les rives de l'Hers à Jean Ravin, de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 69.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus predicti hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et [con]cedencium sic fieri, dedit ad feudum Johanni Ravino de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad rippariam Yrcii inter honorem Petri Vierni, et inter honorem Bertrandi Ravini, et tenet de quartis predicti hospitalis usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johanni Ravino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Johannes Ravinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

71

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur les rives de l'Hers à Jordan Martin, de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 70.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Jordano Martino de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad rippariam Yrcii inter honorem Johannis Pictavini, et inter quartos predicti hospitalis et tenet de prato predicte domus hospitalis usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus III sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Jordano Martino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Jordanis Martinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

72

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé devant la Devèze à Bernard de Langlade, notaire publique de Toulouse. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 73.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de Anglada notario publico Tholose, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante Devesiam inter honorem Pascali Izarni, et inter honorem Guillelmi Blanquerii, et Petri Johannis, et tenet de honore Michaelis de Planis et Guillelmi Andree usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eadem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte VIII d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Anglada, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Anglada recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

73

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pierre Tence, de la rue des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 75.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Tenca de barrio de fratrum penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Toronnum inter honorem Otonis de Fenerio, et inter carrariam publicam, et tenet de medio rivo usque ad aliam carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Tenca, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Tenca recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dicto preceptori et fratribus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

74

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à André du Mont de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 76.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Andree de Montibus de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Raimundi de Ravad, et inter honorem Arnaldi Thome, et inter honorem Guillelmi Garcie, et Pascalis Izarni, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et[(a)] predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Andree de Montibus, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Andreas de Montibus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra perjator, et Guillalmus [de] Serra sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Deuxième « et » dans le texte, erreur du scribe.

75

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé devant la Devèze à Michel des Plaines de la rue dite de Raimond d'Alfare. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 77.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Micaheli de Planis de carraria que vocatur Raimundi de Alfaro, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que est ante Devesiam inter honorem Guillelmi Andree, et inter honorem Petri Arnaldi Catalani, et inter honorem Bernardi de Anglada, et inter honorem Guillelmi de Blanquerii, et Petri Johannis.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eadem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra dictam vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Micaheli de Planis, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Micahel de Planis recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartodecimo die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

76

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pierre Dieudonné de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 78.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro de Deo de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad toronnum inter honorem Petri Johannis ex parte una, et inter honorem Raimundi de Savarduno ex altera, et tenet de medio rivo usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. tol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro de Deo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus de Deo recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

77

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre dans la condamine jouxtant le bois d'Adrien de Prignac à Arnaud Gobian. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quatre sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 79.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo Gobiano, et ejus ordinio, unum aripentum terre que est in condamina juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Petri Bruni, et inter honorem Guillelmi Petri, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eadem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra dictam vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quatuor sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Gobiano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Gobianus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

78

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Bernard de na Palegrina *de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la*

domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 80.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de na Pelegrina de carraria Sauguede, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum inter honorem Petri Tenca, et inter honorem Raimundi Boquerii, et tenet de medio rivo, exitu in medio usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de na Pelegrina, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de na Pelegrina recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

79

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Jean Soubiran de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 81.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Johannis Sobera de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa inter honorem Poncii Arnaldi Catalani, et inter honorem Arnaldi de Banheriis, et inter carrariam comunem, et inter honorem Arnaldi Thome corderii.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johannis Sobera, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Johannes Sobera recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

80

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur les rives de l'Hers à Bertrand Ravin de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 82.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus predicti hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bertrando Ravino de Plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad ripariam Yrcii, inter honorem Johannis Ravini, et inter honorem Sycardi Ravini, et inter vineas quartanerias predicti hospitalis, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bertrando Ravino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bertrandus Ravinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

81

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Pierre Olivier de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 84.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de

Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Oliverio de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Bernardi de Podio Siurano, et inter honorem Arnaldi den Domeg, et tenet de carraria de Bovilla usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Oliverio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Oliverius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marcelli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

82

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé devant la borie de la Devèze à Mathieu Mercier de la rue de la Dalbade. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 85.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Matheo Mercerio

de carraria Dealbete, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante boriam de Devesia, inter honorem Michaelis de Planis, et inter honorem Guillelmi Martini notarii, et inter vallatum dicte borie, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte octo d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Matheo Mercerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Matheus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

83

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et une obolade de terre situés au lieudit du Toron à Guillaume Gant, harnacheur. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous et trois deniers d'oublies, et dix deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 86.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Gante frenerio, et ejus ordinio, unum aripentum et I obolatam terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est Toronnum, inter feudum Carbonelli, et inter honorem Bernardi Bertrandi Egidii, et inter honorem Petri Beneyti, et inter honorem Petri Casque.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. et tres denarios oblias. Et retroacapte decem d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et sex d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Gante, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Ganta recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartodecimo die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guilelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

84

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé devant la Devèze à Guillaume André de la Chapelle d'Hugolin. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 88.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Andree de capella Hugoleni, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante Devesiam, inter honorem Michaelis de Planis, et inter honorem Bernardi de Anglada, et inter honorem Arnaldi d'en Thomas, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra dictam vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et

fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Andree, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Andreas recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartodecimo die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guilelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

85

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Bernard Gaubert de Montdozin. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 90.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi[(a)], et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo Gauberto de Monte Dozino, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter honorem Raimundi Boquerii, et inter honorem Arnaldi de Fonte, et tenet de medio rivo exitu in medio usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. et sex d. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. scilicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor

d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Gauberto, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Gaubertus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselh, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) « Arcardi » dans le texte, erreur du scribe.

86

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre jouxtant le bois d'Adrien de Prignac à Pierre Brun de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 95.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani predicte domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Willelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Bruno de Porta nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Arnaldi Gobiani, et inter honorem Raimundi Borrelli, et inter honorem Petri Rubei, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec

impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Bruno, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Brunus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guilelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

87

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Arnaud de Gibel de la rue de Saiguède. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 96.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo de Gibello de carraria Sauguede, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter honorem Arnaldi de Fonte, et inter honorem Bernardi Raterii, et tenet de medio rivo usque ad carrariam publicam, exitu in medio.

Sub pacto quod teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIIIor d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Gibello, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus de Gibello recepit predictum feudum a predicto preceptore sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

88

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une obolade de terre situé au lieudit de la Rive de l'Hers à Sycard Ravin de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et cinq deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 98.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Sycardo Ravino de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum et unam pogesatam terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad rippariam Yrcii, inter honorem Bertrandi Ravini, et inter exitum ejusdem honoris, et tenet de quartis predicti hospitalis usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam ~~et~~ plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. et V d. tol. oblias. Et retroacapite IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc

predictum feudum dicto feudotario Sycardo Ravino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Sycardus Ravinus recepit predictum feudum a predicto preceptore sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

89

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une obolade de terre situé au lieudit de la Côte à Raymond Ravad de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et neuf deniers d'oublies, et cinq deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 99.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Raimundo de Ravato de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum et unum pogesatum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad costam, inter vineas quartanerias predicti hospitalis, et inter honorem Andree de Montibus, et inter honorem Beneyti et Guillelmi Garcie, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. et novem d. tol. oblias. Et retroacapte quinque d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo de Ravato, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus de Ravato recepit predictum feudum a predicto preceptore sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit reddere,

traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

90

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Odon Fenier de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 100.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Odoni de Fenerio de carraria Sauguede, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Torronum, inter honorem Petri Tenca, et inter carrariam publicam, et tenet de medio rivo usque ad aliam carrariam publicam exitu in medio.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Odoni de Fenerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Odo recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marcelli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

91

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de la Rive de l'Hers à Jean Peitavin de la porte Matabiau. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 101.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus predicti hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Johanni Peitavino de porta Matabovis, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Ripariam Yrcii, inter honorem Johannis Ravini, et inter honorem Jordani Martini, et inter pratum predicti hospitalis, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johanni Peitavino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Johannes Peitavinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

92

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Arnaud Thomas, cordier de Montaygon. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 102.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum voluerunt et concesserunt et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo Thome corderio de Monte Aygone, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Andree de Montibus et inter honorem Bernardi de Anglada notario, et inter honorem Pascali Izarni, et Guillelmi de Casalibus, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat, et quod in eadem terra vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Thome corderio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Thomas corderius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stiplatione[(a)] promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartadecimo die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Sic. « Stipulatione ».

93

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé à côté de la borie de la Devèze à Pierre Raymond Aycard. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties sont conservés et agraffés, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 104.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, visa in hoc utilitate et comodum predicti hospitalis, dedit ad feudum et donando concessit Petro Raimundo Aycardo, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est juxta boriam de Devesia, inter honorem Michaelis de Planis, et inter carrariam publicam, et tenet de orto predicte borie usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte octo denarios tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Raimundo Aycardo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Raimundus recepit hoc predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

94

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur la Rive de l'Hers à Pierre Viern de la plaine de Vital Guillaume. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 109.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Vierno de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad ripariam Yrcii, inter honorem Arnaldi Ravini, et inter honorem Johannes Ravini, et inter vineas quartanerias predicti hospitalis, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Vierno, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Viernus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

95

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur la Rive de l'Hers à Arnaud Ravin de la place de Vital Guillaume.

Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 110.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo Ravino de plano Vitalis Guillelmi, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad ripariam Yrcii, inter honorem Petri Vierni, et inter feudum hospitalis ex duabus partibus, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Ravino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Ravinus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

96

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre à Michel des Plaines de la rue de Raimond d'Alfare. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 111.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feodum Micaheli de Planis de carraria que vocatur Raimundi de Alfaro, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est inter honorem Petri Raimundi Aycardi, et inter honorem Mathei Mercerii, et tenet de orto hospitalis usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra dictam vineam plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Micaheli de Planis, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Micahel de Planis recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartodecimo exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

97

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères, un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Raimond Boquier, habitant de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 48 et 49.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi, preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et

fratris Bernardi de Rayssaco presbitorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium[(a)] sic fieri, dedit ad feudum Raimundo Boquerio, de Porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter Bernardi Vasconis, et inter honorem Arnaldi de Gibello, et tenet de medio rivo usque ad carrariam publicam, exitu in medio.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam et quod in eandem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos solidos tolosanos et sex denarios oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII denarios tolosanos. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et quatuor denarios tolosanos justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque solidio venditionis I denarium et de quoque solido pignoris, I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Boquerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Boquerius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris, regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli et Guillelmus Jordani publicus tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a)Variante dans la pièce n°48 : « volere », erreur manifeste du scribe.

98

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans la condamine de la Côte à Arnaud Thomas cordier, habitant de Montaygon. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 57.

B. Copie notariée, de mars 1286 (v. st.), établie par Guillaume Bernard du Pech, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 56 bis.

Texte établi d'après *A*

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ita fieri voluerint et concesserunt dedit ad feudum Arnaldo Thome corderio de Monte Aygone, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est in condamina de Costa, inter honorem Arnaldi de Banheriis et suorum fratrum, et inter honorem Bernardi de Anglada notarii, et inter exitum et carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et reacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Thome, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Thomas recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini. Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus tholose qui cartam istam scripsit.[(a)]

(a) B. ajoute : « Translatum istud transtulit Guillelmus Bernardus de Podio publicum tholose notario ex quadam carta alphabeto divisa quam Guillelmus Jordani publicus tholose notarius scripserat eisdem ratonibus et verbis mense marcis regnante Philipo rege francorum et Uguone tholosano episcopo anno M°CC°LXXX° sexto internationis domini. Hujus facti translati sunt testes Poncius de Fonte, et Bernardus Raimundi publicus Tholose notarii [et] Guillelmus Bernardus de Podio publicus Tholose notarius qui hec scripsit. Poncius de Fonte publicus Tholose notarius se subscripsit. Bernardus Raimundi publicus Tholose notarius se subscripsit ».

99

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de Canta Caus *à Raimond Costes. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 61.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus, et fratris Guillelmi de Monte Serano, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Raimundo Corcesio, et ejus ordinio medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est apud Canta Caus, inter honorem Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem Petri de Prinhaco et predicti Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Guillelmi Restolli.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Corcesio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Corcesius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Betrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit cum quadam subscriptione que est in nona linea continente quatuor d. tol.

100

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères la troisième partie d'un arpent et demi de bois, situé entre la rivière des moulins et celle de Boccas Causas*, à Guillaume Boer de Montaucel. Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers douze deniers d'oublies, et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 71.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tolose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johanis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmo de Monte Serano, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco, hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Boerio de Monte Aucello, ibi presenti, et recipienti pro se et ejus heredibus et ordinio tercia parte pro indiviso unius aripenti et dimidii nemoris cum terra in qua est et cum introitu et exitu et plus vel minus seu magis quod ibi est quantumcumque sit vel esse potest, sicut melius est inter rivum de Molenquis inter honorem Guillelmi Baude, et inter rivum de Bocas Causas, et inter honorem Bernardi Mas, et inter honorem ipsius Guillelmi Boerii.

Sub pacto quod annuatim in festo Sancti Thome aprilis reddat inde eisdem domus et eorum successoribus XII d. tol. obliarum. Et retroacapite II d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius recte fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec judeis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris, I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Boerio, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Boerius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Sancti Thome aprilis predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris, regnante Philippo francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini. Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

101

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre, situé au lieudit de Belloc, à Pierre Arnaud le Catalan, habitant de la Trouée de Villeneuve. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et huit deniers de réacapte si elle devait advenir.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 72.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc

totum ita fieri voluerint dedit ad feudum Petro Arnaldo Catalano de Traucallo Ville Nove, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est ad bellum locum inter honorem Guillelmi Arnaldi Catalani et Raimundi ejus fratris et inter honorem predicti hospitalis et inter feudum Aldrici de Prinhaco et inter exitum.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dari ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domu presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Arnaldo Catalano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Arnaldi recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Betrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

102

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères une quartonnée de terre, située au lieudit de Montaucel près de la rivière de Rocas Causas*, à Guillaume Boer, habitant du même lieu. De la même façon, lui est donné en fief la troisième partie d'une quartonnée de terre située dans le fief qui lui a été donné par Guillaume de Latour et Pierre Terrier de Lastours, près du Pech d'Azalbin et près de la même rivière de* Rocas Causas. *Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers les tasques selon les modalités choisis par le seigneur, et le tiers des quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 74.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serano et fratris Bernardi de Rayssaco presbyterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri dedit ad feudum Guillelmo Boerio de Monte Aucello, et ejus ordinio, terciam partem pro indiviso unius cartonate terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Podium Aucellum inter honorem Guillelmi Baude, et inter

honorem Raimundi Bernardi de Cominhano, et Bertrandi de Turribus, et Bertrandi de Arnaldis, et tenet de rivo de Roquas Causas usque ad honorem Bernardi Mas.

Item dedit similiter ad feudum eidem Guillelmo Boerio et ejus ordinio tercia parte pro indiviso tocius illius plus vel magis quantumcunque sit vel esse potest quod est vel esse potest ultra unam cartonatam in tota illa terra qua Guillelmis de Turre et Petrus Terroni de Turribus dederant ad feudum dicto Guillelmo Boerio cujus doni Stephanus de Cerveria ut ibi dictum fuit scripsit cartam quam terram dederunt esse ad Podium Azalbinum, inter honorem Guillelmi Baude, et inter honorem Raimundi Bernardi de Cominhano, et Bertrandi de Turribus, et Bertrandi de Arnaldis, et tenet de rivo de Roquas Causas usque ad honorem Bernardi Mas.

Sub pacto quod annuatim in tempore estatis reddat inde eisdem domus tascam tocius bladi et fructus inde exeuntis in garba vel in grano ad electionem dominorum predictis feudis sine eorumdem fratrum et eorum ordinium missione. Et retroacapite terciam partem IIII d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro predictis feudis fidejussores inde habeant, et IIII de tol. justiciam pro quolibet feudo si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictis honores dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec leprosis, nec judeis, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictos honores vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris, I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit ac firmiter promisit guirire predictos honores dicto feudotario Guillelmo Boerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Boerius recepit predictos honores a dicte preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradicti.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Biggora parjator, et Raimundus Clavelli et Guillelmus Jordanis publicus Tholose Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

103

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une obolade de terre située au lieudit de Canta Caus *à Guillaume* Restol*, habitant de la Porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 62.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellano ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum voluerunt sic feri et etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Restolh de

Porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum et obolatum terre cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, quod totum est ibi ubi vocatur a Canta Caus, inter honorem Petri de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem predicti hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam quod in eadem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte sex d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Restolh et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Restolh recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

104

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine qui précède le bois d'Adrien de Prignac à Guillaume Rouge. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 66.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Rubeo, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina ante boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Petri Rubei fratris

sui, et inter honorem Bernardi de Sanvola, et inter honorem Raimundi Borrelli, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honore vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Rubeo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Rubeus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit convenit et promisit firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yssucon sartor, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

105

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé devant le bois d'Adrien de Prignac à Guillaume Lemosin de la rue Saint-Rome. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 67.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo de Lemosino peleganterio de carrariam Sancti Romani, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante boscum Aldrici de Prinaco, et inter honorem Raimundi Borrelli, et inter honorem predicti hospitalis, et inter honorem Guillelmi Rubei, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Lemosino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Lemosino recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yssucon sartor, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

106

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre, situé au lieudit du Rivillon, à Pierre-Jean Auzelle et Raimond Auzelle, frères. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quatre sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 89[(a)].

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Johannis Ausello, et Raimundo Ausello fratribus, et eorum ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Rivilhonum, inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honore hospitalis ex duabus partibus, et inter rivum.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus quatuor sol. tol. oblias. Et retroacapte octo d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde

habeant domini, et IIII tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Petro Johannis Ausello et Raimundo Ausello fratribus, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes et Raimundus fratres receperunt predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt convenerunt et firma stipulatione promisserunt reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) La deuxième partie du contrat chirographié est agrafée au parchemin et a été classée comme faisant partie de la même pièce.

107

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères deux arpents de terre situés au lieudit de Belloc à Guillaume Arnaud dit le Catalan, et à son frère, Raimond Arnaud, habitants de la rue de Villeneuve. Ils devront livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers par arpent de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 91.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Arnaldo Catalano, et Raimundo ejus fratri, de carraria Ville nove, et eorum ordinio, duo aripenta terre cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, quod totum est ad bellum locum inter honorem Guillelmi Arnaldi legiste, et inter terram predicte domus hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Petrus Arnaldi Catalani.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. obliarum. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum, pro quolibet aripento, octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et

predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Guillelmo Arnaldi catalano et Raimundo ejus fratri, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Guillelmus Arnaldi et Raimundi ejus frater receperunt predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, et convenerunt et firmiter promiserunt reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra parjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

108

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre, situé dans le champ jouxtant le bois d'Adrien de Prignac, à Pierre Roux, fournier. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 97.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Petro Rubeo furnerio, et ejus ordinio, medium aripentum terre de campo ante boscum Aldrici de Prinhaco cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est inter feudum Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Guillelmi Rubei fratris ipsius Petri Rubei, et inter honorem Arnaldi Gobiani, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec

suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Rubeo et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Rubeus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.
Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yssucon, et Petrus Bigorra parjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

109

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à la Devèze, dans la condamine de Migan, à Pierre Izarn, habitant de la place de Montarzin. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et deux deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 103.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono presbiter, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Izarno de plano Montis Arzini, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Devesiam in condaminam Migane inter honorem Johannis de Limogges, et inter honorem Vitalis Garce, et inter quartos Aldrici de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus duos sol. et duos d. tol. obliarum. Et retroacapte IIII d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum

dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Izarno et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Izarnus recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M° ducentesimo octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra, et Raimundus Clavelli, Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

110

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères la troisième partie d'une quartonée de terre située entre la rivière de Molenquis *et celle de* Boccas Causas *à Guillaume Baude de Montaucel. Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers sa part de la tasque, et celle des six deniers de réacapte le cas échéant. De la même façon, il reçoit en fief la troisième partie en indivis d'une obolade de bois située près de la rivière de* Molenquis*, pour lesquels il devra rendre, selon les mêmes modalités, sa part des six deniers d'oublies, et celle des quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 92.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Baude de Monte Aucello, et ejus ordinio, terciam parte unius cartonate nemoris cum terra in qua est et cum introitu et exitu que est inter honorem Bernardi Mas, et rivum de Monlenquis, et inter rivum de Rocas Causas, ad colendum et exartandum et ad tenendum ibi terram.

Item dedit similiter ad feudum ejusdem Guillelmo Baude et ejus ordinio terciam partem pro indiviso unius obolate nemoris seu barte cum terra in qua est, et plus si ibi est, cum introitu et exitu quod totum est inter honorem ipsius Guillelmi Baude et inter honorem Guillelmi Boerii, et inter rivum de Molenquis, et inter honorem dicti Guillelmi Boerii.

Sub pacto quod annuatim in tempore estatis reddat inde eisdem dominis tascam tocius blade et fructus qui, de dicta tercia parte predicte cartonate exierit, in garba vel in grano, ad electionem dominorum in eodem feudo. Et retroacapite terciam partem VI d. tol. quando evenerit. Et reddat similiter eisdem dominis et eorum successoribus annuatim in festo Sancti Thome apostoli terciam partem VI d. tol. obliarum pro predicta tercia parte predicte obolate

nemoris seu barte, et retroacapite terciam partem IIII^{or} d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro predictis feudis fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justiciam pro quolibet feudo si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet predicta feuda dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec judeis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictos honores vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire predictos honores dicto feudotario Guillelmo Baude, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Baudi recepit predictos honores a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra perjator, et Raimundo Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

111

24 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine jouxtant le bosquet d'Adrien de Prignac à Bernard de Savuola *de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 106.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de Savuola de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Guillelmi Rubei, et inter terram hospitalis, et inter honorem Guillelmi de Lemosino, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare

voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Savuola, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Savuola recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yssucon sartor, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

112

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de Belloc à Guillaume Arnaud Catalan et à Raymond, son frère, de la rue de Villeneuve. Ils devront livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 107.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Arnaldo Catalano, et Raimundo ejus fratris, de carrariam ville Nove, et eorum ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Bellum locum, inter honorem Guillelmi Arnaldi legiste, et inter honorem hospitalis predicti ex duabus partibus, et inter honorem ipsorum Guillelmi Arnaldi catalani et Raimundi ejus fratris.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus, decem et octo d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predictus feudotarius nec eorum ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Guillelmo Arnaldo Catalano et Raimundo ejus frater, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Guillelmus Arnaldi Catalanus et

Raimundus ejus frater, receperunt predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, et convenerunt et firmiter promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra perjator, et Raimundus Clavelli, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

113

25 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine de la Côte *à Guillaume Dumont, habitant de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 94.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono presbiteri, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo de Montibus de Porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Petri Oliverii, et inter honorem Arnaldi de Dominico, et tenet de carrariam de Bovilla usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad unum anum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem priori sancti Egidii et per mortem feodatarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Montibus, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Montibus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit

et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Betrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Marcelli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus tholose notarius qui cartam istam scripsit.

114

25 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine de la Côte *à Jean Raimond cordonnier, habitant de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 87.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Raimundo Johanis sutori de porta Ville Nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter quartos predicti hospitalis, et inter honorem Bernardi de Podio Siurano, et tenet de carraria de Bovilla usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche domini, et de eodem festo ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii[(a)] preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Johannis sutori, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Johannes sutor recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit convenit et promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictus dominus annuatim in dicto festo

Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicte.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Betrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Marselli, et Bartholomeus Vitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Erreur du notaire qui copie machinalement le nom de son successeur, Pierre de Florence (précepteur de l'Hôpital de 1282 à 1309).

115

30 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères la troisième partie en indivis d'une obolade de bosquet située près de la Bartarie à Guillaume d'Albi. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers sa part des trois deniers d'oublies, et celle des deux deniers de réacapte le cas échéant. De la même façon, il reçoit en fief, au même endroit, la troisième partie en indivis de trois pogésées de bois, pour lesquels il devra rendre, selon les mêmes modalités, sa part des sept deniers d'oublies, et celle des quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 93.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo de Albegesio, et ejus ordinio, terciam partem pro indiviso unius obolate de bosco cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est apud Bartariam inter honorem Petri de Albegesio, et inter honorem Petri de Taulato, et inter honorem dicti feudotarii, et inter rivum de Rocas Causas.

Item dedit similiter ad feudum eidem Guillelmo de Albegesio, et ejus ordinio, terciam partem pro indiviso trium pogesatorum nemoris cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, quod nemus est apud Bartariam, inter honorem ipsius feudotarii ex duabus partibus, et inter honorem Geraldi de Castro Andraudo, et inter rivum de Bartaria.

Sub pacto quod annuatim in festo Sancti Thome apostoli reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, et eorum ordinio, pro predicta tercia parte dicte obolate nemoris, terciam partem trium denariorum tol. obliarum. Et retroacapite terciam partem II d. tol. quando evenerit. Et reddat similiter annuatim, in eodem festo Sancti Thome predictis domus, terciam partem VII d. tol. obliarum pro tercia parte predictorum trium pogesatorum nemoris. Et retroacapite pro predictam tercia parte, terciam partem IIIIor d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro predictis feudis fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam pro quolibet feudo si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet predicta feuda dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec burgensis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere eorum pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dicta feuda vendere

vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus, presentibus et futuris, debet et convenit guirire omnes predictos honores dicto feudotario Guillelmo de Albegesio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Albegesio recepit predictos honores a preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto Festo Sancti Thome apostoli predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudis superius antedictis.

Hoc factum fuit ultima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Moresius clericus, et Guillelmus Giula, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

116

30 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères la troisième partie en indivis de trois pogésées de bois, situé près de la rivière de Boccas Causas*, à Pierre d'Albi de Verfeil. Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers sa part des huit deniers d'oublies, et celle des quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 105.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro de Albegesio de Viridifolio, et ejus ordinio, terciam partem pro indiviso trium pogesatorum nemoris cum terra in qua sunt, cum introitu et exitu, que sunt inter honorem Bernardi Mas, et inter honorem Guillelmi de Albegesio, et inter honorem dicti feudotarii, et inter rivum de Bocas Causas.

Sub pacto quod annuatim in festo Sancti Thome apostoli reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, et eorum successoribus et ordinio eorumdem, terciam partem VIIII d. tol. obliarum. Et retroacapite terciam partem IIII^{or} d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet hunc predictum honorem dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec burgensis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde predicte eorum pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus, presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feodum dicto feudotario Petro de Albegesio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus de Albegesio recepit predictum feodum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere,

traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto Festo Sancti Thome apostoli predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit ultima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.
Hujus rei sunt testes Arnaldus Moresius clericus, et Guillelmus Giula, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

117

1er décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères une obolade de terre au lieudit Canta Caus à Bernard d'Escampont de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies, et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 112.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bernardo Descampont de carraria Sauguede, et ejus ordinio, unam obolatam terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in loco vocato Canta Caus, inter honorem Guillelmi de Lautrec, et inter honorem Petri de Prinhaco et Aldrici de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus ett fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum. Et retroacapte videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii duos d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Descampont, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Descampont recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit prima die mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

118

1er décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères la troisième partie en indivis d'une terre, situé dans l'honneur de la Bartarie, à Guillaume Catlar. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers la tasque, en gerbe ou en blé, et sa part des six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 114.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Catlaria, et ejus ordinio, terciam partem pro indiviso tocius illius terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est in honore de Bartaria, inter honorem Bertrandi de Castro Andrandi, et inter rivum de Fenolheriis, et inter carrariam comunem ex tribus partibus.

Sub pacto quod annuatim in tempore mecium reddat inde eisdem domus tascam tocius bladi et fructus inde exeuntis in garba vel in grano ad electionem dominorum in predicto feudo sine eorumdem fratrum et eorum ordinii missione. Et retroacapite terciam partem VI d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro feudo fidejussores inde habeant, et VI d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet predicum feudum dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec burgensis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit et firmiter promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Catlaria, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Catlaria recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus predictis sub modis et pactis et conditionibus supradictis.

Hoc factum fuit prima die mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra et Petrus Faber pergatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

119

2 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit de Canta Caus *à Bernard Dupin, fils de Guillaume de Pin, du faubourg de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 113.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de Pinu, filio Guillelmi de Pinu, de barrio Porte nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Canta Caus, inter honorem predicti Guillelmi de Pinu, et inter honorem Guillelmi Restolli, et inter honorem Aldrici de Prinhaco et Petri de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Pinu, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Pinu recepit predictum feodum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

120

14 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères une vigne située près de la Devèze à Guillaume Blanquer et Pierre Jean du faubourg de Villeneuve. Ils devront : l'entretenir tous les ans en la déchaussant, la rechaussant et la sarclant

; livrer annuellement, à Toulouse, à la domus *des frères hospitaliers le tiers de leur vendange ; donner les 12 deniers de réacapte le cas échéant ; et rendre la dîme due pour cette vigne.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 117.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrem ejusdem domus hospitalis Tholose, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Blanquerio et Petro Johanni de barrio porte Ville nove, et eorum ordinio, totam illam vineam cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, que vinea est ante Devesiam, inter honorem Petri Arnaldi Catalani, et inter honorem Michaeli de Planis, et Bernardi de Anglada notarii, et inter honorem Arnaldi Thome, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod quolibet anno podent et foderant et paxellent, et plaguent, et binent atque tercient predictam vineam, et quod annuatim in tempore vindemiarum reddant et defferant eisdem fratribus, et eorum ordinio, apud Tholosam in domo eorumdem fratrum, absque omni ipsorum fratrum et eorum ordinii missione, terciam partem tocius vindemie que de dicta vinea exierit bene et fideliter bona fide. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum XII d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eis, pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et decima detur in eadem vinea. Et predictus feudotarii, nec eorum ordinium, non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere eorum pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Guillelmo Blanquerio et Petro Johanni, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Blanquerius et Petrus Johannes receperunt predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

121

2 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit de Canta Caus *à Guillaume Dupin du faubourg de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 118.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmi de Pinu de barrio porte Nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Canta Caus, inter honorem Guillelmi de Lautrec, et inter honorem Bernardi de Pinu, et inter honorem Aldrici de Prinhaco et Petri de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eadem terra vineam plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Pinu, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Pinu recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

122

2 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Pierre Guillaume, charpentier de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 122.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro Guillelmo carpenterio de porta Ville nove, et ejus ordinio, I aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem predicti hospitalis Tholose, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Guillelmi Rogerii, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra vineam dictam, plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Guillelmi, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Guillelmi recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

123

2 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans le lieudit de Belloc à Arnaud Thomas, cordier de Montaygon. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et huis deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 124.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani predicte domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum totum

quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo Thome corderio de Monte Aygone, et ejus ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Bellum locum, inter honorem Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem predicti hospitalis, et inter exitum.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Thome, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Thomas corderius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra et Petrus Faber perjatores, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

124

15 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à la Devèze, dans le lieudit de la Médiane, à Jean de Limoges de la rue Saint-Julien. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 115.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Johannis de Limoges de carraria Sancti Juliani, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Devesiam ibi ubi vocatur ad Medianam, inter honorem Bernardi Furnerii, et inter honorem Petri Izarni, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et tres d. tol. obliarum. Et retroacapite IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johanni de Limoges, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Johannes de Limoges recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit XV die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bigorra perjator, et Petrus Raimundi Aycardi, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

125

15 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Guillaume des Casals de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 116.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrem ejusdem domus hospitalis Tholose, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus predicti hospitalis, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo de Casalibus de porta Villa nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Paschalis Izarni, et inter honorem Beneyti de Pinu, et inter honorem Ravati, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol.

tol. oblias. Et retroacapite IIII^{or} d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Casalibus, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Casalibus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas [oblias][(a)] et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quintadecima die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Martini notarius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Oubli du scribe.

126

15 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine dite de la Côte à Pascal Izarn du faubourg de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 123.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Paschali Izarni de barrio porte Ville, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem Bernardi de Anglada notarii, et inter honorem Guillelmi de Casalibus, et inter honorem Arnaldi Thome corderii, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam dictam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus

tres sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Paschali Izarno, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Paschalis Izarnus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quintadecima die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petro Bigorra perjator, et Guillelmus Martini notarius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

127

17 novembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Raimond de Saverdun de la place Montardy. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 121.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Raimundo de Savarduno de plano Montis Arsini, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Torronum, inter honorem Petri de Deo, et inter honorem Petri Casqua, et tenet de medio rivo usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eadem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra dictam vineam, plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec

vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo de Savarduno, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus de Savarduno recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quartodecimo die exitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Martini notarius, et Petrus de Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

128

21 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Guillaume Arnaud Olier. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 119.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Arnaldo Olerio, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Petri Casqua, et inter honorem Dominici Andrandi, et tenet de feudo Carbonelli usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Arnaldo Olerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Arnaldi Olerius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit X die exitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Ponso clericus, et Dominicus Andraudus, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

129

21 décembre 1280

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Torron à Dominique André de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 120.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Dominico Andrando de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Guillelmi Arnaldi, et inter honorem Guillelmi de Serra sartoris, et tenet de feudo Carbonelli usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Dominico Andraudo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Dominicus Andraudus recepit predictum feudum a predicto

preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit decima die exitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Arnaldi olerius, et Petrus de Ponso clericus, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

130

17 janvier 1281

Guillaume Pierre de Lissac, bourrelier et fils de feu Pierre Bernard de Lissac, a vendu a Guillaume Gant, bourrelier, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans les quartiers de l'Hôpital et près de ceux de l'évêque, pour un montant de 45 sous.

A. Original perdu.

B. Copie notariée, de décembre 1292, établie par Raimond des Casaux, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 155, paragraphe B.

Notum sit quod Guillelmus Petrus de Lissacco, frenerius, filius condam Petri Bernardi de Lissaco, vendidit pura venditione, et titulo venditionis presente, solvit et quitavit Guillelmo Ganta frenerio ibi presenti, ementi et recipienti pro se et suo ordinio, totum illud medium aripentum malolis, et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introitu, quod est ultra Yrcium in cartis hospitalis, inter honorem Sancti Johannis et honorem Raimundi de Castronovo de porta Cerdana, et honorem Arnaldi de Bello Loco, et cartis domini episcopi et exitum, pro precio cadraginta quinque sol. tol. guiritorum quos idem venditor se recognovit inde habuisse et recepisse ab ipso emptore in peccunia numerata, et renunciavit exceptioni peccunie non numerate habite vel recepte et omni alii juri.

Et si dictus honor venditus plus dicto precio valebat, totum illud plus donavit eidem emptori, et suo ordinio, donatione pura simplici inter vivos pro precio supradicto ; de quo predictus honore vendito dictus venditor promisit eidem emptori et suo ordinio bonam et firmam guirenciam facere et portare de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Preterea dictus venditor volens definere, possidere et a possessione dicti honoris se penitus exuens, ipsius emptorem inde investiens cum hec presenti instrumento in perpetuum valituro, et etiam verbo et in quantum de facto potuit ipsum emptorem in possessionem induxit, recognocens se pro ipso et ejus nomine possidere donec idem emptor possessionem adeptus fuerit corporalem, quamquidem recipere et habere concessit eidem auctoritate propria, judicis licencia vel alterius persone requisita inpetrata minime vel obtenta, et solvit et reddidit feodum domino comandatori hospitalis domino dicti feodi a quo, ut ibi dixerunt, dictus honor fevaliter tenebatur, ideo ut illud predicto emptori et suo ordinio concederet et laudaret.

Hoc fuit factum quinto die exitus mensis janerii, regnante Philippo rege Francorum, et Bertrando Tholosano episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°LXXX°.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Taravella, et Arnaldus de Monte Lauro frenerii, et Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

Et hoc translatum transtulit Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius ex quadam cartam quam Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius scripserat eisdem

verbis et rationibus mense decembris regnante Phylippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Raimundus Carabordas et Raimundus de Fraxino et publici Tholose notarii et idem Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius qui hoc scripsit.

Ego Raimundo Carabordas publicus Tholose notarius subscripsi, et Raimundus de Fraxino publicus Tholose notarius subscripsit.

131

25 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Guillaume Raimond de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 126.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt ac etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Raimundi de Porta nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Guillelmi de Sancta Quiteria, et inter honorem Guillelmi Raspant, et tenet de exitu ejusdem honoris usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in dicta terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Raimundi, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Raimundi recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Raimundus Descanpont, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

132

25 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Guillaume Raspant et à ses frères, Barthélémy et Arnaud, de la rue de Saiguède. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 127.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Raspant, et Bartholomeo et Arnaldo fratribus, de carraria Sauguede, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Arnaldi de Gibello, et inter honorem Raimundi Descanpont, et tenet de medio rivo exitu in medio usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerint inculpati. Et predictus feudotarii nec eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerunt, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Guillelmo Raspant et Bartholomeo et Arnaldo fratribus, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Raspant et Bartholomeus et Arnaldus receperunt predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, et convenerunt et firmiter promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Raimundus Descanpont, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

133

19 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans la condamine de la Côte à Pierre Guillaume, charpentier de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 135.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Guillelmo carpenterio de porta Ville nove, et ejus ordinio, unum aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Costa, inter honorem ipsius Petri Guillelmi carpenterii, et inter honorem Guillelmi Blanquerii et Petris Johannis, et inter honorem Guillelmi Rogerii, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra vineam, plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte octo d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Guillelmo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Guillelmus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit tercia decima die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Moresius clericus, et Bernardus de Alano mercator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

134

25 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé au lieudit du Torron à Guillaume de Sainte Quiterie de la rue de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers cinq sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 136.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Guillelmi de Sancta Quiteria de carraria Sauguede, et ejus ordinio, unum aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Arnaldus Catalani, et inter exitum, et tenet de medio rivo usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quinque sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii octo d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Santa Quiteria, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Sancta Quiteria recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit hoc factum fuit septima die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Bartholomeus Raspant, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

135

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit de la Jonquas à Raymond Raynald du faubourg des Frères pénitents. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 128.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis Tholose, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Raimundo Raynaldo de barrio fratrum penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum introitu et exitu et cum loco in quo est, que terra est ad Junccas, inter honorem Geraldi de Bosco, et inter honorem Carbonelli, et inter honorem Petri de Prinhaco, et inter honorem Petri Gauberti.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Raynaldo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Raynaldus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

136

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans le lieudit de la Jonquas à Arnaud Catalan du faubourg de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer

annuellement à la domus *des frères hospitaliers cinq sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 129.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo Catalano de barrio porte Ville nove, et ejus ordinio, unum aripentum terre que est ibi ubi vocatur ad Juncquas, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, et est inter honorem Bernardi Descanpont, et inter honorem Arnaldi de Fonte, et tenet de honore Petri de Prinhaco usque ad caminum.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra dictam vineam, plantaverit de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quinque sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii VIII d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Catalano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Catalanus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit VI die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

137

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Guillaume d'Escampont du faubourg de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 130.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Raimundo Descanpont de barrio Ville nove Tholose medium aripentum terre que est ibi ubi vocatur ad Torronum, inter honorem Guillelmi de Sancta Quiteria, et inter honorem Guillelmi Respandi, et suorum fratrum, et tenet de medio rivo usque ad exitum ejusdem honoris, videlicet cum introitu et exitu.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra dictam vineam, plantaverit supradictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapite per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII d. tol. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Descanpont, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Descanpont recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Bartholomeus Raspant, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

138

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit du Toron à Arnaud Laffont du faubourg de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 131.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Arnaldo de Fonte de barrio porte Nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronum, inter honorem Bernardi Gauberti, et inter honorem Arnaldi de Gibello, et tenet de medio rivo usque ad carrariam publicam exitu in medio.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum[(a)] a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Le scribe a sauté ici un passage de son formulaire. La partie manquante pourrait être restituée comme suit : « dicto feudotario Arnaldo de Fonte, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus de Fonte recepit predictum feudum ».

139

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de terre situé dans le lieudit de la Jonquas à Bernard de Pastelhan *du faubourg de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers sept sous et six deniers d'oublies, et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 132.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Bernardo de Pastelhano de carraria porte Ville nove, et ejus ordinio, unum aripentum et dimidium terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, quod totum est ibi ubi vocatur ad Junccas, inter honorem Petri Gauberti, et inter honorem Petri Tenca, et inter honorem Carbonelli, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus septem sol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapite XII d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Pastelhano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Pastelhano recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

140

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit de la Jonquas à Pierre Gaubert de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 133.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco

capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Gauberto de Villa nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est ad Junccas, inter honorem Raimundi Raynaldi, et inter honorem Bernardi de Pastelhano, et inter honore Carbonelli, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapite per morte prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Gauberto, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Gaubertus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

141

26 janvier 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans le lieudit de la Jonquas à Gérard Dubois de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 134.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Rayssaco, et fratris Guillelmi de Monte Serono presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Geraldo de Bosco de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et

exitu, que terra est ad Junccas, inter honorem[(a)] Raimundi Raynaldi, et inter honorem Petri Gauberti, et tenet de honore Petri de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapte per morte prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Geraldo de Bosco, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Geraldus de Bosco recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major notarius, et Petrus Bigorra perjator, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Répété par erreur.

142

18 février 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de terre situé au lieudit du Rivillon à Pierre Raimond Aycard. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies, et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 137.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedencium sic fieri, dedit ad feudum Petro Raimundo Aycardo, et ejus ordinio, unum aripentum et dimidium terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, quod totum est ibi ubi vocatur ad Rivilhonum, inter honorem Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter rivum de Revilho, et inter honorem predicti hospitalis.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. oblias. Et retroacapte XII d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Raimundo Aycardo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Petrus Raimundus Aycardus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit undecima die exitus mensis febroarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Raimundi de Campaynerio, et Guillelmus Tranca, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

143

2 mars 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, a donné en fief à Stéphane Bergonhon de la Porte Neuve un demi-arpent de terre situé dans la condamine jouxtant la forêt d'Adrien de Prignac, entre son honneur, celui de Bernard Izarn, celui des Hospitaliers et la voie publique. Le feudataire s'engage à y planter une vigne avant la fête de Pâques et à rendre chaque année à la fête de la Toussaint 2 sous toulousains d'oublies, 4 deniers toulousains de retroacapte en cas de mort du prieur de Saint-Gilles ou de celle du feudataire et 4 deniers de justice s'il est justement inculpé. De plus, le feudataire s'engage à ne pas sous-inféoder, ni donner, ni vendre, ni mettre en gage le fief à aucun chevalier, ni clerc, ni maison religieuse, ni autrement l'aliéner de sorte que les seigneurs ne puissent percevoir leurs pax et dominationes*. Et si le susdit fief était vendu ou mis en gage, qu'il le soit avec l'accord des seigneurs, qui recevront pour chaque sou de vente un denier, et pour chaque sou de mise en gage une obole. Guillaume Arnaud et les frères de l'Hôpital s'engagent à faire bonne garantie du fief à Stéphane Bergonhon, qui en retour prête serment de respecter ces conditions*.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 46.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbitorum, et fratris Ramundi ecclesie clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedentium sic fieri dedit ad feudum Stephano Bergonhono de Porta Nova et ejus ordinio medium aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est

in condamina juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Bernardi Izarni et inter feudum Aldrici de Prinhaco et inter terram predicti hospitalis et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eandem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos solidos tolosanos oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII denarios tolosanos. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et IIII denarios tolosanos justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque solidio venditionis I denarium et de quoque solido pignoris, I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Stephano Bergonho et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Stephanus Bergonhonus recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis martii regnante Philippo francorum rege et Bertrando Tholosano episcopo anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini. Hujus rei sunt testes Petrus Magoti clericus et Arnaldus Baroni corraterius et Guillelmus Jordani publicus tholose notarius qui cartam istam scripsit.

144

2 mars 1281

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères, un demi-arpent de terre situé dans la condamine jouxtant le bois d'Adrien de Prignac à Durand de Montrabé, habitant de la Porte neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et neuf deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 47.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbitorum, et fratris Ramundi Ecclesie clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Petri de Bosco hoc totum quod subsequitur volencium et concedentium sic fieri, dedit ad feudum Durando de Monterabe de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, quam terram est in condamina juxta boscum Aldrici de Prinhaco, inter honorem Gaubole et inter honorem Bernardi Izarni et inter honorem hospitalis predicti et carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam et eandem vineam condrictam teneat et quod in eandem terram vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos solidos tolosanos oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII denarios tolosanos. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et IIII denarios tolosanos justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque solidio venditionis I denarium et de quoque solido pignoris, I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Durando de Monterabe, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Durandus de Monterabe recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis marcii, regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo anno M°CC° octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Magoti clericus et Arnaldus Baroni corraterius et Guillelmus Jordani publicus tholose notarius qui cartam istam scripsit.

145

11 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine de Balma à Arnaud de Bellot. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 141.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus predicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Johannis de Estacabove, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri et voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Bello loco, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in condamina de Balmario, inter honorem Arnaldi de Banheriis et inter honorem Guillelmi Raimundi laboratoris, et inter honorem dels Dieus, et inter exitum.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retroacapte

quatuor d. tol. scilicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Bello loco, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Arnaldus de Bello loco recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit undecima die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes magister Bertrandus de Cam[ineriis], et magister Raimundus Voluntas, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

146

11 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé devant Balma à Raimond d'Aurin de la rue Cerdane*. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 142.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellano ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Raimundo Daurino de carraria Cerdane, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante Balmarium, inter honorem Bernardi Furnerii, et honorem Andree de Balmarie, et honorem Guillelmi Bernardi Daurini, et inter honorem Poncii Andree, et Raimundi ejus fratris, et inter honorem Raimundi Oliverii et Bernardi Oliverii, et exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. tol. oblias. Et retroacapite IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde

perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Daurino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus Daurinus recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit undecima die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini, et Guillelmus de Molas, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

147

11 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à Balma à Guillaume Bernard d'Aurin de la rue Cerdane*. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 144.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Guillelmo Bernardi Daurino de carraria Cerdane, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante Balmarium, inter honorem Andree de Balmario, et inter honorem Raimundi Oliverii et Bernardi Oliverii, et tenet de honore Raimundi Daurini usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Bernardi Daurino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Bernardi Daurinus recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit undecima die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini, et Guillelmus de Molas, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

148

11 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à Balma à André de Balma de la rue Cerdane*. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 145.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Raissaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Andree de Balmario de carraria Sertane, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ante Balmarium, inter honorem Bernardi Furnerii, et inter honorem Guillelmi Bernardi Daurini, et tenet de honore Raimundi Daurini usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et retroacapite quatuor d. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Andree de Balmario, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Andreas de Balmario recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium

Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit undecima die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini, et Guillelmus de Molas, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

149

11 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères cinq pogésées de terre situées dans la condamine de Balma à Bernard Fournier de la rue Cerdane. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 146.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellano ecclesie predicte domus, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Raissaco, et fratris Petri Sicardi presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Garini qui hoc totum voluerunt et concesserunt sic fieri, dedit ad feudum Bernardo Furnerio de carraria Sertane, et ejus ordinio, quinque pogezatos terre cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, et sunt in condamina de Balmario, inter honorem Andree de Balmario, et inter honorem exitum ejusdem honoris, et tenent de honore Raimundi Daurini usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte IIII^{or} d. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Furnerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Furnerius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit undecima die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martinus, et Guillelmus de Molas, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

150

16 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pierre Bas de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 139.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus predicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Johannis de Estacabove, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri et voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Bas de porta Ville nove, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter honorem Raimundi Catalani, et inter honore Bernardi de Solino et Petri et Dominici de Solino fratrum, et tenet de medio rivo usque ad honorem Carbonelli et carraria publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. scilicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Bas, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Petrus Bas recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, convenit et promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quintadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° octuagesimo primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Guila magister de fusta, et Guillelmus de Yssucon sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

151

16 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pierre de Solin et Bernard de Solin de la porte de Villeneuve. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et six deniers d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 140.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Johannis de Estacabove, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri et voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro de Solino et Bernardo de Solino de porta Ville nove, et eorum ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Torronnum, inter honorem Petri Bas, et inter honorem Petri Beneyti, et tenet de medio rivo usque ad honorem dicti Petri Beneyti.

Sub pacto quod plantent et teneant semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverint antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. scilicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Petro de Solino et Bernardo de Solino, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dicti Petrus de Solino et Bernardus de Solino receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, convenerunt et promiserunt firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quintadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Guila, et Guillelmus de Yssucon sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

152

16 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre à Guillaume Vasque de Montaygon de la porte de Villeneuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 143.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Johannis de Estacabove, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri et voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Vasconi de Monte Aygone, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est inter honorem Guillelmi de Lemosino, et inter honorem predicti hospitalis, et tenet de honore Bernardi de Sanvola usque ad canimum.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Vasconi, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Vasco ~~Bas~~ recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit quintadecima die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Boquier, et Johannes de Boneto, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

153

17 novembre 1281

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de l'Orme à Arnaud Donzel. Il devra y planter

une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 138.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum predicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Donzello, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in loco vocato ad Ulmum, inter honor dicte domus hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter exitum, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vi[neam] plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche domini et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus, et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retroacapite IIII^{or} d. tol. videlicet per m[ortem] domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium tol., et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Donzello, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Donzelli recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit XIV die exitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC° primo octuagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Guila, et Guillelmus de Yssucon junior, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

154

6 janvier 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à Balma à Pierre Pommier burcellarius *de la rue du seigneur chevalier Pierre de Castelnau. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 125.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie ejusdem domus Tholose, et fratris Bernardi de Rayssaco, et fratris Guillelmi de Monte Serono presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Pomerio burcellario de carrariam domini Petri de Castro novo militis, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est apud Balmarium, inter honorem Guillelmi Benquerii, et inter honorem Arnaldi de Bello loco, et tenet de honore Bernardi de Deo usque ad exitum honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat ibi semper vineam condrictam et quod, in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad I annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus II sol. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare mi[liti] nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominatonum. Sed si dictum honorem vendere vel in[pigno]rare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater P[etrus Flo]rencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Pomerio, [et ejus ordinio], de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Pomerius recepit predictum feudum a predicto preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, [et mandavit], et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti even[erint in futu]rum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die introitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, an[no M°CC° oc]tuagesimo I° ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Vitalis d'Escrinea ortolanus, et Arnaldus Guillelmi de Lalobeta Guilherius, et Guillelmus Jord[ani publicus] Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

155

26 janvier 1282

Guillaume Arnaud, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé à la Devèze, dans la condamine près du bois des Hospitaliers, à Raimond Martin, Ponce Martin et Arnaud martin, frères, de la porte Neuve. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quatre sous et six deniers d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 147.

Notum sit cunctis quod dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Petri de Bosco qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Raimundo Martino et Poncio Martino et Arnaldo Martino fratribus de Porta nova, et eorum ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Devesiam in condamina juxta boscum predicti hospitalis, inter feudum Petri de Prinhaco et Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem predicti hospitalis, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantent et teneant semper ibi vineam condrictam et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche Domini, et de eodem festo, ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus quatuor sol. et sex d. tol. obliarum. Et retroacapte octo d. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerint inculpatus. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent ordinium predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Guillelmus Arnaldi preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Raimundo Martino, et Poncio Martino, et Arnaldo Martino, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea supradicti Raimundi Martini, et Poncius Martini, et Arnaldus Martini receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, et convenerunt et firmiter promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis januarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major, et Raimundus Johannes Vasco notarii, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

156

8 février 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé au lieudit du Rivillon à Pierre-Jean Auzelle et Raimond Auzelle. Ils devront livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers quatre sous d'oublies, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 148.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petri Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de

Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Vitalis de Gavaldano, et fratris Guillelmi qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello fratribus, et eorum ordinio, unum aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Revilhonum, inter honorem fratrum predicti hospitalis, et inter rivum de Revillono, et inter honorem predictorum Auselorum, et inter honorem Petri Raimundi Aycardi.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde eidem preceptori et fratribus dicte domus quatuor sol. tol. oblias. Et retroacapte octo d. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores habeant inde domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Petro Johanni, et Raimundo ejus fratri, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus, et Raimundus Ausellus receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt, et convenerunt et firma stipulatione promisserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit octava die introitus mensis februarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major, et Guillelmus Amelii, et Raimundus Martini, Petrus Magoti clerici, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

157

8 février 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères la totalité d'une terre située au lieudit du Rivillon à Pierre-Jean Auzelle et Raimond Auzelle. Ils devront livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers le quart des récoltes, en grain ou en gerbe, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 149.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petri Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Vitalis de Gavaldano, et fratris Guillelmi Boerii qui hoc totum ut subsequitur ita voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello fratrum, et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Revilhonum, inter honorem

predictorum Petri Johannis Auselli, et Raimundi Auselli, et inter quartos Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem Petri Raimundi Aycardi.

Sub pacto quod annuatim reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus, quartum tocius explecta que de dicta terra exierit, in garba vel in grano ad electionem predictorum dominorum. Et retroacapte octo. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Petro Johanni, et Raimundo Ausello, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus et Raimundus Ausellus receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis.

Hoc factum fuit octava die introitus mensis februarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major, et Guillelmus Amelii, et Raimundus Martini, Petrus Magoti clerici, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

158

8 février 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères la totalité d'une terre située près du lieudit de l'Orme de Ramervilla *à Pierre-Jean* Auzelle *et Raimond* Auzelle. *Ils devront livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers le quart des récoltes, en grain ou en gerbe, et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 150 et 151.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petri Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Vitalis de Gavaldano, et fratris Guillelmi Boerii qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello ejus fratri, et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Hulmum de Ramervilla, inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Arnaldi Donzelli, et inter carrariam publicam, et inter exitum qui tendit versus fontem Condut.

Sub pacto quod annuatim reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus, quartum tocius explecte, que de dicta terra exierit, in garba vel in grano, ad electionem predictorum dominorum et retroacapte duodecim d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec

eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus, et Raimundus Ausellus receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis et mandeverunt, et convenerunt, et firma stipulatione promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim predictum quartum, et alias dominationes uti evenerint, in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit octava die introitus mensis februarii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major, et Guillelmus Amelii, et Raimundus Martini, Petrus Magoti clerici, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

159

8 février 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères la totalité d'une terre située dans le lieudit de l'Orme de Ramervilla *à Pierre Jean et Raimond Auzelle, frères. Ils devront livrer annuellement le quart de leurs récoltes, en gerbe ou en grain, à la* domus *des frères hospitaliers et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original perdu.

B. Copie notariée, mars 1290, établie par Raimond Martin, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce n°198.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et [futuris] consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Gui[llelmi] de Monte Serono, et fratris Bernardi de Raythaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Arnaldi Bearnesii, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Vitalis de Gavaldano, et fratris Guillelmi Boerii qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello ejus fratri, et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est, et cum introitu et exitu que terra est ibi ubi vocatur ad hulmum de Ramervilla, inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Arnaldi Donzelli, et inter carrariam publicam, et inter exitum qui tendit versus fontem tondut.

Sub pacto quod annuatim reddat inde domino preceptore et fratribus dicti domus quartum tocius explecte que de dicta terra exierit, in garba vel in grano, ad electionem predictorum dominorum. Et reacapte duodecim d. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati, et predicti feudotarii, nec eorum ordinium, non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui reli[gio]nis, nec aliter a se alienare cur domini possint

inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerint, [fa]ciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus fra[ter] Petrus Florencii preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feu[dum] dictis feudotariis Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Auselli et Raimundus Aus[elli] receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandaverunt et convenerunt et firm[a] stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim predictum cartum et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius a[nte]dicto.

Hoc factum fuit octava die introitus mensis februarii regnante Phylippo Francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Major, et Guillelmus Amelii, et Raimundus Martini, et Petrus Magoti clerici, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam ista scripsit.

Hoc translatum transtulit Raimundus Martini publicus Tholose notarius ex illa carta qua Guillelmus Jordani alphabeto divisa scripserat eisdem verbis et rationibus mense martii regnante Phylippo francorum rege et Hugone episcopo Tholosano anno M°CC°LXXX° anno ab incarnatione Domini.

Hujus facti translati sunt testes Petrus Fortis et Petrus Magoti publici Tholose notarii, et idem Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui hec scripsit.

Petrus Fortis publicus Tholose notarius subscripsit. Petrus Magoti publicus Tholose notarius subscripsit.

160

25 mars 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé sur la Rive de l'Hers à Pierre de Saint Martin. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 152.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie predicte domus hospitalis Tholose, et fratris Guillelmi de Monte Serono, et fratris Petri Sycardi, et fratris Arnaldi Moresii presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi ecclesie, et fratris Guillelmi [...]rii, et fratris Johannis de Estacabove, qui hoc totum ut subsquitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro de Sancto Martino, et ejus ordinio, medium aripentum terre, et plus si ibi est, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad ripariam Yrcii, inter honorem Bertrandi Ravini, et inter exitum ejusdem honoris et tenet de quartis predicti hospitalis usque ad carrariam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche domini, ad unum annum, et quod annuatim festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. obliarum. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti

Egidii et per mortem feudotarii. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro de Sancto Martino, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Petrus de Sancto Martino recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis marcii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° secundo ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Poncius Martini pergator, et Arnaldus de Roquis Alsenerius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

161

28 juin 1282

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères le pré situé au-delà de l'Hers dans le lieudit du Nouveau Pré à Bernard Vital de Balma. Il devra livrer à la domus *des hospitaliers, située à Toulouse, la moitié de ses récoltes de foin, deux deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant. Les susdits seigneurs, en outre, ont voulu que Bernard Vital ne mette ni ne fasse mettre de bêtes à pâturer dans le susdit pré de la sainte Marie de février jusqu'à ce que le pré soit fauché et que le foin en soit enlevé ou mis en meules.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 153.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratris Johannis de Astaraco capellani ecclesie domus ejusdem hospitalis, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiteri, et fratris Garini, et fratris Raimundi ecclesie clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Guillelmi Boerii, et fratris Berengarii, qui hoc totum ut subsquitur ita fieri voluerint et etiam concesserint, dedit ad feudum Bernardo Vitali de Balmario, et ejus ordinio, totum illud pratrum quod est ultra Yrcium ibi ubi vocatur ad pratum novellum, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, et est inter honorem predicte domus hospitalis, et inter honorem domini Hugonis de Palacio, et inter honorem Guilaberti, et inter honorem qui quondam fuit Bernardi Raimundi Cassa, et inter honorem Bernardi Escrivani.

Sub pacto quod teneat semper ibi pratum condrictam et quod annuatim reddat et defferat eisdem fratribus et eorum successoribus apud Tholosam ubi eisdem fratribus magis placuerit absque omnium ipsorum fratrum et eorum ordinii missione, medietatem tocius feni quod de dicto prato exierit bene et fideliter bona fide, et duos denarios tol. obliarum quoque anno in

festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Vitali, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Voluerunt insuper predicti domini quod dictus Bernardus Vitalis non mittat nec mittere faciat aliquas bestias ad pascendum in prato predicto de festo beate Marie febroarii, usque dictum pratum sit dalhatum et fenum de dicto prato remotum vel positum in fenerio. Preterea predictus Bernardus Vitalis recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim medietatem tocius feni predicti prati et annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit tercio die exitus mensis junii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° secundo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Vitalis Gimbaudi notarius, et Petrus Magoti clericus, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

162

15 novembre et 3 décembre 1282

Le prieur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Guillaume Roger avec l'accord de sa femme à Pierre Vital, d'un mailleul situé dans le clos de la Devèze, pour un montant de sept sous. Le prieur récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Pierre Vital qui devra lui rendre, tous les ans, trois sous, quatre deniers et une obole d'oublies.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 185.

Notum sit quod Willelmus Rogerii, de consilio voluntate et expresso assensu uxoris sue, que hec que secuntur ita fieri voluit et concessit, vendidit et vendendo absolvit Petro Vitalis ibidem presenti, pro se suisque heredibus ementi et recipienti, totum illud malolem seu planterium quod habebat in clausu seu territorio de Devezia inter honorem […][(a)] Et hoc in precio et pro precio VII solidos tolosanos bonos, de quo idem Willelmus ab eodem Petro, se pro bene paccato habuit et contento, omni exceptioni precii non habiti non numerati, et sibi non traditi omnino renuncians. Et si plus dictus malole ultra dictum predictum valebat vel valiturus erat, illud plus eidem Petro, inter vivos idem Willelmus donavit, constituens se idem Willelmus nomine dicti Petri, dictum malolem possidere donec idem Petrus possessionem receperit corporalem, quam recipiendi et sibi retinendi, omni modam licentiam contulit et donavit, promitens predictus Willelmus eidem Petro existere guirens de omnibus amparatoribus et petitoribus excepta parte dominationis.

Item hoc venditio fuit facta consilio et voluntate […][(a)] uxoris dicti Willelmi Rogerii, et […][(a)] matris ejusdem Willelmi et […][(a)] sororum suarum, que sic predictam fieri voluerunt, et si quod jus et rationem in predicto malole habebant et habere debebant, dicta uxor et predicta mater ratione dotum suarum et dicte sorores ratione fratrisce hereditatis vel alia quacumque causa seu et ratione, illud totum predicte mulieres omnes et singule solverunt, dimiserunt et donaverunt predicto Petro emptori et ejus ordinio inter vivos sine aliquo retentu quod ibi non fecerunt aliquo modo. Immo promiserunt eidem Petro, et ejus ordinio, existere guirentes quilibet earum pro se de omnibus petitoribus ex earum partibus, et predicta servare et non contrafacere vel venire ad Sancta Dey evangelia juraverunt.

Item hoc venditio fuit facta consilio et voluntate domini […][(a)] prioris domus hospitalis Jherusalem Tolose qui pro se et fratribus dicte domus est dominus hujus honoris, cui dictus venditor solvit et reddidit feodum ut illud dicto emptori concederet et laudaret, tandem predictus dominus […][(a)] prior pro se ipso et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, pro suis pax quos inde habuit et recepit, laudavit et dedit ad feodum dicto Petro […][(a)], et ejus ordinio, dictum malolem ut superius confrontatur.

Tali pacto quod quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat ei tres sol et quatuor d. et I obolum oblias et […][(a)]

Hoc fuit factum XV[a] die introitus novembris, excepto laudamento predicti domino prioris, quod fuit factum tercia die introitus decembris, regnum Phylipo rege Francorum, Bertrando Tholosano episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC° octogesimo secundo.

Hujus rei sunt testes Raimundus de Ravato et Raimundus de Saugeda, excepto laudamento predicti domini prioris de quo sunt testes Raimundus de Ravato, et Petrus Gamarra, et Arnaldus Poncius publicus Tholose notarius, qui de predictis materiam receperat ad faciendum inde instrumentum. Set cum ipse Arnaldus Poncii morte proventus predictum instrumentum et quondam alia que receperat perficere nequivisset, consules Tholose urbis et suburbii, videlicet Petrus de Tholosa, Arnaldus de Ponte, Guillelmus de Vesceriis notarius, Raimundus de Castronovo, Petrus de Monte Landerio, Guillelmus de Turre jurisperitus, Bernardus de Falgario, Stephanus Galterius notarius, Arnaldus Pagani et Arnaldus Banini notarius, sedentes pro tribunali, pro se ipsis et aliis eorum sociis consulatus ejusdem absentibus, cognoverunt judicio et dixerunt quod Bernardus Willelmi de Plano et Bernardus Johannes de Solio et Petrus de Amatis et Vitalis Guillelmi de Plano publici Tholose notarii et eorum quilibet, confiderent et conficere possent instrumenta de omnibus ille materiis et singulis quas prefatus Arnaldus Poncius receperat de quibus ipse nondum confecerat instrumenta secundum modum, et tenorem illarum materiarum et quod illa omnia et singula instrumenta per eos, et eorum quolibet, inde facta eandem semper obtineant efficaciam et valorem, ac si ab ipso Arnaldo Poncio fierent et sua manu propria scriberentur.

Hoc fuerunt ita predictus consulibus judicio cognita et prolata prima die junii, regnante Philipo rege Francorum, Ugone Tholosano episcopo, anno ab incarnatione Domini, M°CC° octogesimo sexto.

Hujus ita prolati judicii sunt testes, magister Raimundus Ademarius jurisperitus et Ugo de Brugada et Raimundus Bernardi et Willelmus de Amatis publici Tholose notarii et predictus Vitalis Guillelmi de Plano publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit, mandato consulum predictorum.

(a) Le scripteur a abrégé le texte ou n'a pas trouvé les noms dans les notes du notaire décédé.

163

15 juillet 1283

Guillaume Gant, bourrelier, a vendu à Bertrand Clavelier un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers dans les quartiers de l'Hôpital et à côté de ceux de l'évêque de Toulouse, pour un montant de 20 sous.

A. Original perdu.

B. Copie notariée de novembre 1292, établie par Raimond des Casaux, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 223, paragraphe A.

Notum sit quod, Guillelmus Ganta, frenerius, vendidit pura venditione et titulo venditionis perfecte tradidit Bertrando Clavellerio, pro se et suo ordinio presenti, ementi et recipienti pro se et suo ordinio et heredibus, totum illud medium aripentum malolis cartanerium cum terra in qua est et cum introitu et exitu, et plus si ibi est, que est ultra Yrcium in cartis Hospitalis Sancti Johannis, inter honorem Raimundi de Castro Novo et Arnaldi de Pulcro Loco et cartis domini episcopi Tholose et exitum, et hoc pro precio viginti sol. tol. guiritorum, quos idem venditor se recognovit habuisse et recepisse ab ipso emptore in peccunia numerata. Et renunciavit exceptioni peccunie non habite vel recepte et omni alii jurii. Et si plus dictus honor venditus valebat dicto precio, totum illud plus donavit idem venditor eidem et suo ordinio pro precio supradicto donatione pura, simplici inter vivos. De quo predicto honore dictus venditor promisit bonam et firmam guirenciam facere et portare dicto emptori et suo ordinio de omnibus amparatoribus, excepta parte dominationis.

Preterea dictus venditor volens definere, possidere et se a possessione dicti honoris penitus exuens ipsum emptorem inde investiens, cum hoc presenti intrumento in perpetuum valituro nec verbotenus et in quantum deferre potuit in possessionem induxit, recognocens se pro ipso et ejus nomine possidere donec idem emptor possessionem adeptus fuerit corporalem quaquidem recipere et habere et ingredi, concessit eidem auctoritate propria, judicis licencia vel alterius persone requisita inpetrata[(a)] minime vel obtenta, et absolvit et reddidit dictum feudum domino a quo dictus honor fevaliter tenetur, ideo ut illud predicto emptori et suo ordinio concederet et laudaret.

Hoc fuit factum quindecimo die introitus mensis julii, regnante Phylippo rege francorum et Bertrando episcopo Tolosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXX° tercio.

Hujus rei sunt testes frater Guillelmus de Montesero, et Guillelmus de Molas, et Raimundus Carabordas publicus Tolose notarius qui cartam istam scripsit.

Et hoc translatum transtulit Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius ex quadam cartam quam Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius scripserat eisdem verbis et rationibus mense novembris regnante Phylippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Raimundus Carabordas et Raimundus de Fraxino publici Tolose notarii et idem Raimundus de Casalibus qui hec scripsit.

Ego Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius subscripsi. Et Raimundus de Fraxino publicus Tholose notarius subscripsit.

(*a*) *«* Inpetratra *»* dans le texte.

164

21 novembre 1283

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Jean Auzelle et Raimond Auzelle*, son frère, une obolade de terre à prendre où il leur plaira dans la pièce de*

terre quartanière que les hospitaliers leur avaient concédée près de l'Orme de Remervilla *(*cf. *acte n°158). Ils devront y construire une maison et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers 6 deniers d'oublies, et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 156 et 157.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Poncii Papays, et fratris Arnaldi Moresii presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsquitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johannis Ausello, et Raimundo Ausello ejus fratri et eorum ordinio, obolatam terre ubi eisdem Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello fratribus magis placuerit in tota illa pecia terre de Ulmo de Ramervilla quam terram ab ipso domino preceptore et fratribus ad quartum adquisierant prout in carta adquisitionis quam Guillelmus Jordani scripsit continetur.

Sub pacto quod hedificent et construant ac teneant semper domum in obolata terre superius memorata. Et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus sex d. tol. obliarum. Et retroacapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii, nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddent inde eis de unoquoque sol. vendictionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis, Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus et Raimundus Ausellus receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt et convenerunt et firma stipulatione promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum, predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit decima die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Aleano mercator, et Arnaldus de Roquis Alsenerius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

165

21 novembre 1283

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une terre située au lieudit de Belloc, dans l'honneur de la Devèze, à Pierre Jean et Raimond Auzelle*, frères. Ils devront livrer le quart de leurs récoltes, en gerbe ou en grain, à la*

domus *des frères hospitaliers, deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 158 et 159.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Arnaldi Moresii, et fratris Poncii Papays presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello fratribus et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est in honore de Devesia in loco vocato Bellum Locum, inter honorem Aldrici de Prinhaco ex tribus partibus, et inter feudum predicti hospitalis.

Sub pacto quod annuatim reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus quartum tocius explecte que de dicta terra exierit in garba vel in grano, ad electionem predictorum dominorum, et II d. tol. obliarum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii, nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddant inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis, Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus et Raimundus Ausellus fratres receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt et convenerunt et firma stipulatione promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim quartum et predictas oblias annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum, et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, promiserunt insuper predicti feudotarii et etiam convenerunt facere in predicta terra de tribus in tribus annis unam explectam.

Hoc factum fuit decima die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Alano mercator, et Arnaldus de Roquis Alsenerius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

166

21 novembre 1283

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une terre située à la Devèze, à Jean et Raimond Auzelle, frères. Ils devront livrer le quart de leurs récoltes, en gerbe ou en grain, à la domus *des frères hospitaliers, deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 160 et 161.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Arnaldi Moresii, et fratris Poncii Papais presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello fratribus et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est in honore de Devesia, inter honorem Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter viam que tendit versus ecclesiam de Bovillam, et inter feudum hospitalis predicti.

Sub pacto quod annuatim reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus quartum tocius explecte que de dicta terra exierit in garba vel in grano, ad electionem predictorum dominorum, et duos d. tol. obliarum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii, nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddant inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis, Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti Petrus Johannes Ausellus et Raimundus Ausellus fratres receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt et convenerunt et firma stipulatione promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim predictum quartum et predictas oblias annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum, et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, promiserunt insuper predicti feudotarii et etiam convenerunt facere in predicta terra de tribus in tribus annis unam explectam.

Hoc factum fuit decima die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Alano mercator, et Arnaldus de Roquis Alsenerius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

167

21 novembre 1283

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une terre située dans l'honneur de la Devèze au lieudit de Belle Barbe, à Jean et Raimond Auzelle, frères. Ils devront livrer le quart de leurs récoltes, en gerbe ou en grain, à la domus *des frères hospitaliers, deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 162 et 163.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Arnaldi Moresii, et fratris Poncii Papais presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Ausello, et Raimundo Ausello fratribus et eorum ordinio, totam illam terram cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est in honore de Devesia in loco vocato Bela Barba, inter feudum Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem Fabris de Mons, et inter rivum de Rivilhono.

Sub pacto quod annuatim reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus quartum tocius explecte que de dicta terra exierit in garba vel in grano, ad electionem predictorum dominorum, et duos d. tol. obliarum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii, nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis feudotariis, Petro Johanni Ausello et Raimundo Ausello et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predicti feudotarii scilicet Petrus Johannes Ausellus et Raimundus Ausellus fratres receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt et convenerunt et firma stipulatione promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim predictum quartum et predictas oblias annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum, et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, promiserunt insuper predicti feudotarii et etiam convenerunt facere in predicta terra de tribus in tribus annis unam explectam.

Hoc factum fuit decima die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Alano mercator, et Arnaldus de Roquis Alsenerius, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

168

2 janvier 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une terre située près de la Devèze à Bernard de Moles. Il devra livrer sur l'aire de battage dudit lieu de la Devèze le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 164 et 165.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Petri Sycardi, et fratris Arnaldi Moresii presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Ecclesie, et fratris Johannis de Stacabove, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bernardo de Molas, et ejus ordinio, totam illam terram cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est apud Devesiam, inter boscum dicte domus hospitalis Jherusalem, et inter honorem Carbonelli de Prinhaco, et honorem Petri de Prinhaco, et honorem Aldrici de Prinhaco, et inter carrariam publicam, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod annuatim in tempore messium reddat inde domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus, videlicet in area dicti loci de Devesia, quartum tocius explecte que de dicta terra exierit in garba vel in grano, ad electionem dictorum dominorum, et duos d. tol. obliarum, quolibet anno in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte II d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Molas, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Molas recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis, et mandaverit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim dictum quartum et in dicto festo Omnium Sanctorum quoque anno predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, promisit in super dictus Bernardus de Molas facere explectam in dicta terra de tribus in tribus annis.

Hoc factum fuit secunda die introitus januarii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillemus Major, et Petrus Magoti, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

169

2 janvier 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une terre située au lieudit de la Rive de l'Hers à Bernard de Moles. Il devra livrer sur l'aire de battage dudit lieu de la Devèze le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 166 et 167.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Petri Sycardi, et fratris Arnaldi Moresii presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Ecclesie, et fratris Johannis de Stacabove, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bernardo de Molas, et ejus ordinio, totam illam terram cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est ad Rippariam Yrci, inter honorem Sycardi Ravini, et inter honorem dicti hospitalis, et inter honorem Petri Bernardi Vitali, et inter exitum comunem.

Sub pacto quod annuatim in tempore messium reddat inde domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus, videlicet in area dicti loci de Devesia, quartum tocius explecte que de dicta terra exierit in garba vel in grano, ad electionem dictorum dominorum, et II d. tol. obliarum, quolibet anno in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte II d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit garire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo de Molas, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus de Molas recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus ac exceptionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim dictum quartum et in dicto festo Omnium Sanctorum quoque anno predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, promisit in super dictus Bernardus de Molas facere explectam in dicta terra de tribus in tribus annis.

Hoc factum fuit secunda die introitus januarii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillemus Major, et Petrus Magoti, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

170

18 mars 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne situé à la Devèze, dans les nouvelles parcelles quartanières, à Arnaud Guillaume de Lalobera*. Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et devra aussi verser la dîme.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 154.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se ipso et pro aliis fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio et voluntate fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Poncii Papais, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris

Bernardi Garaudi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garinii, et fratris Johannis de Stacabove, et fratris Raimundi Autardi, qui hoc totum ut subsquitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Guillelmo de Lalobera, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum vinee cum terra in qua est, et introitu et exitu, que vinea est apud Devesiam in quartis novellis, inter honorem Benedicti de Marcelli, et inter honorem Beneyti de Pinu, et inter honorem Poncii Gauberti, et inter exitum ejusdem honoris ad tenendum semper ibi vineam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut annuatim in tempore vindemiarum reddat et defferat fratribus predicti hospitalis infra dictam domum hospitalis, et sine ipsorum fratrum missione, quartum tocius vindemie et explete que de dicta vinea exierit bene et fideliter, ut melius poterit bona fide, et decima detur in eodem feudo. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius vel ejus ordinium non debet dictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec ullo alio modo a se alienare cur domini possint inde perdere pax aut aliquid suarum dominationum. Sed si aliter illum honorem vendere aut impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper dictus dominus preceptor, pro se et omnibus aliis fratribus dicte domus, presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Guillelmo de Lalobera, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus Guillelmi recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis.

Hoc factum fuit quartadecima die exitus mensis marcii regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° tercio ab incarnatione domini.

Hujus rei sunt testes Poncius Ademarii, et Arnaldus de Carcassona de carraria Matabovis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

171

22 avril 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une pogésée de terre situés dans la condamine de Balma à Arnaud de Belloc de la porte Cerdane. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers un sou et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 168.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Johannis de Estacabove, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Guitardi, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Bello Loco de porta Serdana, et ejus ordinio, medium aripentum et unum pogesatum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu quod totum est in condamina de Balmario, inter honorem Bernardi Vitalis, et inter quartos Raimundi de Caturcio, et inter honorem Poncii Andree, et inter honorem Bernardine.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, quod in dicta terra vineam, plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche Domini, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus, sol. et sex d. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius et ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Bello Loco, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Arnaldus de Bello Loco recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit nona die exitus aprilis regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Ponsono, et Raimundus Martini, et Guillelmus de Lumber sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

172

14 mai 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé dans la condamine de Balma à Raimond de Dulcia de la porte Cerdane. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et quatre deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 169.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Poncii Papais, et fratris Bernardi de Rayssaco presbiterorum, et fratris Guidonis de Turribus, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Raimundo de Dulcia de porta Serdana, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu quod terra est in condamina de Balmario, inter honorem Poncii Andree et Raimundi Andree, fratrum, et inter honorem Petri de Pomerio, et tenet de honore Bernardi Vitalis usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod in dicta terra vineam, plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche Domini, et quod annuatim in festo [Omnium] Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori vel ejus

successoribus et fratribus dicte domus, duos sol. tol. oblias. Et retr[oacapte] IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem domini pri[oris] Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius et ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax aut aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo de Dulcia, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Raimundus de Dulcia recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit quartadecima die introitus mensis madii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus de Bello Loco, et Guillelmus de Yssucon sartor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

173

12 novembre 1284

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze au lieudit du Toron à Guillaume de Marquein, servinier. Il livrera annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 170.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Raythaco, et fratris Poncii Papayth presbiterorum, et fratris Raimundi Ecclesie, et fratris Johannis Stephani, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Guillelmi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo de Marcunnho cervinerio, et ejus ordinio, medium aripentum terre que terra est apud Devesiam in loco vocato del Toron, inter honorem Stephani, et inter honorem Guillelmi Vitalis, et honorem Carbonelli de Prinhaco, et inter rivium de Toronno.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. et sex d. tol. oblias. Et retroacapte scilicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius et ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere

pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Marcunnho, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus de Marcunnho recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die introitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, Bertrando episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Alano mercator, et Guillelmus de Ythucion sartor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

174

2 février 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à la Médiane à Raimond, Ponce et Arnaud Martin, frères, de la rue de Saiguède. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 171 et 172.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Rayssaco, et fratris Poncii Papays presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Raimundo Martino et Poncio Martino et Arnaldo Martino fratribus de carraria Sauguede, et eorum ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est et cum introitu et exitu que terra est ad Medianam, inter honorem Raimundi de Castris, et inter honorem Bartholomei Fabri, et tenet de honore Aldrici de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantent et teneant semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam, plantaverint antedictam de isto primo venienti festo Pasche Domini, ad unum anum et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. et tres d. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpatti. Et predicti feudotarii et eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et

reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper predictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis Raimundo Martino et Poncio Martino et Arnaldo Martino, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Poncius, pro se et fratribus suis, recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fatribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et predictus Poncius Martini, pro se et dicto Raimundo Martino et Martino fratribus suis mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis febroarii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Stephanus de Pont Mir magister de Fusta, et Bernardus de Bareggie, et Raimundus Andreas textor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

175

2 février 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois obolades de terre situées à la Jonquas à Étienne et Guillaume Vital, frères. Ils devront y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et neuf deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 173.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Rayssaco, et fratris Poncii Papais presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Stephano Vitalis et Guillelmo Vitali fratribus, et eorum ordinio, tres obolatas terre cum loco in quo sunt et cum introitu et exitu que sunt ad Juncquas, inter honorem predicti hospitalis, et inter feudum Carbonelli, et inter feudum Aldrici de Prinhaco.

Sub pacto quod plantent et teneant semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam, plantaverint antedictam hinc ad primum veniens festum Pasche Domini, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde domino preceptori et fratribus dicte domus, tres sol. et novem d. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii et eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper predictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dictis Stephano Vitali et Guillelmo Vitali, et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dicti Stephanus Vitalis et Guillelmus Vitalis fratres receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et predicti Stephanus Vitalis et Guillelmus Vitalis mandaverunt et promiserunt firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis febroarii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Stephanus de Pont Mir magistro de Fusta, et Bernardus de Mora magestri de fusta, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

176

2 février 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une pogésée de terre situés à la Médiane à Barthélémy Fabre de Saiguède. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et neuf deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 174.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Bernardi de Rayssaco, et fratris Poncii Papais presbiterorum, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Vitalis de Monte Auroso, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bartholomeo Fabro de Saugueda, et ejus ordinio, medium aripentum et unum pogesatum terre, et plus si ibi est, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Medianam, inter honorem Raimundi Martini et Poncii Martini et Arnaldi Martini fratrum, et inter carrariam publicam, et tenet de honor Aldrici de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam, plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche Domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori vel successoribus suis et fratribus dicte domus, duos sol. et novem d. tol. obliarum. Et retroacapte[(a)] quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predicti feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto Bartholomeo Fabro, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea supradictus Bartholomeus Faber recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et predictus Bartholomeus Faber mandavit et promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit secunda die introitus mensis febroarii regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Stephanus de Pont Mir magister de Fusta, et Bernardus de Bareges, et Raimundus Andreas textor, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) « retroapte » dans le texte, erreur du scribe.

177

4 novembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre située au-delà de l'Hers dans le lieudit de la Médiane à Bernard Guillaume de la porte Neuve. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 176.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Girona, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Bernardo Guillelmo de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ultra Yrcium in loco vocato ad Medianam, inter honorem Bartholomei Fabri, et inter honorem Raimundi de Castris, et inter honorem Aldrici de Prinhaco et exitum ejusdem honoris.

Sub pacto laudavit et dedit ei hoc feudum quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. et tres d. tol. oblias. Et retroacapte IIII d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Guillelmo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Guillelmi recepit predictum feudum a predicto domino preceptore

et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum quarta die introitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Stephanus de Monte Olivero macellarius, et Amelius Isarni Pelliparius, et Arnaldus de Roquis faber, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

178

18 novembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située à la Médiane à Guillaume Pierre du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 175.

Noverint universi presentes pariter et futuris quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio et voluntate fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi Garaldi, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Garini, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, dedit ad feudum Guillelmo Petro de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre que est apud Devesiam in condamina de Costa, cum introitu et exitu, que est inter honorem Guillelmi Andree, et honorem Mathei Bonafos, et tenet de honore de Pascalis usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto ut plantet et teneat ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam plantaverit hinc ad primum veniens festum Pasche Domini, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori et fratribus dicte domus, XVIII d. tol. oblias. Et retroacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii II d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec aliter a se alienare cur domini possint jus perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Petro, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Petri recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani notarius, et Bernardus de Alano mercator, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

179

18 novembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre située au lieudit du Toron à Odon Fenier du faubourg des Pénitents. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 177.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratris Johannis de Astaraco capellani et thesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi Garaldi, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Garini, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri hoc totum quo subsequitur volencium sic fieri, dedit ad feudum Odoni de Fenerio de barrio Penitencie, totum illud aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter honorem Bernardi Gaulberti ex duabus partibus, et tenet de medio rivo usque ad carrariam publicam exitum in medio.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam, plantaverit antedictam hinc ad primum veniens festum Pasce Domini, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. tol. et VI d. tol. oblias. Et retroacapte per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii IIII^{or} d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii frater predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Odoni de Fenerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Odo de Fenerio recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fatribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani notarius, et Bernardus de Alano mercator, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

180

19 novembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre située sur la Rive de l'Hers à Bernard Rames de la porte Matabiau. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 178.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Poncii Papayth, et fratris Bernardi de Raythaco presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Bernardi Garaudi qui hoc totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Bernardo Rames de porta Matabovis, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est in ripariam Yrcii, inter honorem Johannis Ravini, et inter honorem Petri de Sancto Martino, et honorem dicti hospitalis et carreriam publicam.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, tres sol. tol. oblias. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Rames, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Rames recepit predictum feudum a predicto preceptore et fatribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Cortit, et Guillelmus de Lumberiis, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

181

18 novembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mézalhade de terre située à la Devèze dans la condamine dite de la Côte à Mathieu Bonafous faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne avant la

prochaine fête de Pâques, et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 179.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, consilio tamen et voluntate fratrum ejusdem domus, videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani et thesaurarii ejusdem domus Tholose, fratris Bernardi Garaldi, fratris Bernardi de Gironda, fratris Garini, fratris Guillelmi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi, pro se ipso et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris, dedit ad feudum Matheo Bonafos de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que est apud Devesiam in condamina de Costa, inter honorem Guillelmi Petri, et honorem Andree de Villa Nova, et tenet de honore d'en Pascal usque ad exitum ejusdem honoris.

Sub pacto ut plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod in eadem terra vineam, plantaverit hinc ad primum veniens festum Pasce Domini, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, decem et octo d. tol. oblias. Et retroacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii II d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Matheo Bonafos, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Matheus recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fatribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis novembris regnante Philippo francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani notarius, et Bernardus de Alano mercator, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

182

9 décembre 1285

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé à la Devèze à Arnaud Mathieu et Raimond Mathieu, son frère. Ils devront y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers cinq sous d'oublies et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 180.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, fratris Bernardi de Gironda, et fratris Bernardi Garaudi, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Matheo et Raimundo Matheo fratribus, et eorum ordinio, unum aripentum terre que est apud Devesiam, inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Guillelmi Olioni, et inter honorem Petri Vasconis et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit eis hoc feudum quod plantent et teneant semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus, quinque sol. tol. oblias. Et reacapte octo d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent hunc predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum, et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum supradictis feudotariis et eorum ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dicti feodotarii receperunt predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandaverunt et promiserunt reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VIIII introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et Bertrando Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Gronhani affactator, et Aymericus massonerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

183

17 février 1286

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Raimond Auzelle la moitié d'une maison située à la Devèze au lieudit barrière de Beauville. Il devra livrer annuellement le cinquième de ses récoltes, en gerbe ou en grain, à la domus *des frères hospitaliers, et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 181.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod dominus frater Petrus Florencius preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et successoribus suis consilio tamen et voluntate fratris Johannis de Astaraco capelani et thesaurarii dicte domus Tholose, et fratris Guillelmi Vitalis, dedit ad feudum Raimundo Auzello et ejus ordinio, totam illam terram et medietatem tocius illius domus que in dicta terra est, cum omnibus hedificiis et bastimentis ibi existentibus et pertinentibus, cum introitibus et exitibus suis, que terra et domus sunt apud Devesiam loco vocato ad barrariam Boville, inter honorem dicti hospitalis ex una parte, et carrariam que[(a)] ad fontem de Bovilla, et tenet de carraria que transit coram ecclesia de Bovilla usque ad rivum qui vocatur Revilho.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quolibet anno reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quintum tocius fructus qui inde exierit in garba vel in grano ad electionem dominorum. Et reacapte VI d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debent predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum, et habeant de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencius preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum predicto feudotario Raimundo Auzello, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere, et persolvere dictis dominis annuatim predictum quintum, et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII exitus mensis februarii regnante Philippo Francorum rege, sede vacante, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Vitalis Raimundus et Poncius de Sancto Dyonisio tororerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Sic. Mot oublié par le scribe. Il faut comprendre « que vadit ad fontem… ».

184

17 février 1286

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Pierre Jean Auzelle la moitié d'une maison située à la Devèze au lieudit de la barrière de Beauville. Il devra livrer annuellement le cinquième de ses récoltes, en gerbe ou en grain, à la domus *des frères hospitaliers, et six deniers de réacapte le cas échéant (l'autre moitié de la maison a été inféodée à son frère, Raimond Auzelle, dans l'acte précédent).*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 182.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod dominus frater Petrus Florencius preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et successoribus suis, consilio tamen et voluntate fratris Johannis de Astaraco capelani et thesaurarii dicte domus Tholose, et fratris Guillelmi Vitalis, dedit ad feudum Petro Johanni Auzello et ejus ordinio, totam illam terram et medietatem tocius illius domus que in dicta terra est, cum omnibus hedificiis et bastimentis ibi existentibus et pertinentibus, cum introitibus et exitibus suis, que terra et domus sunt apud Devesiam loco vocato ad barrariam Boville, inter honorem Raimundi Auzelli fratris predicti Petri Johannis, et vallatum que dividit honores de Devesia et de Bovilla, et tenet de carraria que transit coram ecclesia de Bovilla usque ad rivum qui vocatur Revilho.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quolibet anno reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quintum tocius fructus qui inde exierit in garba vel in grano ad electionem dominorum. Et reacapte VI d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare

ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum, et habeant de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencius preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum predicto feudotario Petro Johanni Auzello, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et promisit et convenit firma stipulatione reddere, traddere, et persolvere dictis dominis annuatim predictum quintum, et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII exitus mensis februarii regnante Philippo Francorum rege, sede vacante, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Vitalis Raimundus et Poncius de Sancto Dyonisio, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

185

17 février 1286

Pierre Vital de la Devèze, fils de feu Ponce Vital, a vendu pour 100 sous toulousains à Pierre de Florence, précepteur de l'hôpital de Toulouse, une terre et une maison qu'il tenait en fief de l'Hôpital à la Devèze, entre l'honneur de Beauville et la route qui mène à la fontaine du même lieu, et entre l'église de Beauville et la rivière du Rivillon.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 183.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Petrus Vitalis de Devesia, filius quondam Poncii Vitalis de Devesia, vendidit et vendendo, dedit, tradidit et absolvit, quitavit et in perpetuum dereliquid domino fratri Petro Florencio, preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et ejus successoribus, totam illam terram et domum que in dicta terra est, cum omnibus hedificiis et bastimentis ibi existentibus et pertinentibus. Que terra et domus sunt apud Devesiam, inter honorem de Bovilla et carrariam que tendit versus fontem de Bovilla, et tenet de carraria que transit coram ecclesia de Bovilla usque ad rivum qui vocatur Revilho.

Et hanc venditionem fecit dictus venditor dicto domino preceptori, et ejus successoribus, in precio et pro precio centum solidos tolosanos, quod totum precium predictus venditor recognovit et concessit se habuisse et recepisse et ei numeratum esse atque solutum ab emptore superius antedicto, de quo quidem precio bene pro pacato se tenuit et contento.

Renuncians inde dictus venditor exceptioni non numerate pecunie, non habite et etiam non recepte et precii non habiti, et etiam non recepti nec etiam ei traditi, et doli mali conditioni sine causa et in factum actioni, et omni alii juris auxilio quo juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliquod predictorum. Et si forte dicta terra et domus superius vendite modo plus valet vel valebat in futurum precio predicto inde habito, totum illud plus quicquid sit vel esse possit dictus venditor dedit et concessit dicto domino preceptori, et ejus successoribus pura et simplici donatione inter vivos facta pro omni sua voluntate et ejus successorum inde perpetuo facienda. Propter quod renunciavit sciente et consulte dictus venditor illi legi de rescindenda venditione et incipit « rem majoris precii », et alteri legi que dicit « donatione factam ex causa ingratitudinis posse legitime revocari », et omni alii juri divino et humano, scripto et non scripto,

speciali et generali, nunc promulgato et in posterum promulgando, quibus contra predicta venire posset in solidum vel in parte. Et solvit et reddidit predictus Petrus Vitalis predictum feudum supradicto domino preceptori et fratribus dicte domus a quibus dictus honor fevaliter tenebatur ad omnes eorum voluntates inde penitus faciendas.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis febroarii regnante Philipo Francorum rege, sede vacante, anno M°CC°LXXX° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Vitalis Raimundus, et Poncius de Sancto Dyonisio Tororerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

186

16 février 1287

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une pièce de terre située près de la Devèze, au lieudit des Fontaines, à Arnaud de Molas de Beauville. Il devra livrer annuellement à la Devèze aux frères hospitaliers le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 274.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Molas de Bovilla, et ejus ordinio, totam illam peciam terre que est apud Devesiam ibi ubi vocatur Alfontanas, inter honorem ejusdem hospitalis et carrerias publicas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod semper reddat et deferat apud Devesiam sine missione ipsorum fratrum quartam parte tocius explecte que inde exierit bene et fideliter in garba vel in grano ad electionem dictorum dominorum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Molas, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Arnaldus de Molas recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit facere et servire dictis dominis ut dictum est omnes predictas dominationes uti evenerit in futurum pro feodo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis febroarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° LXXX° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Armanni clericus, et Bernardus de Alano mercator, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

187

19 février 1287

Pierre Roux, habitant du faubourg de la porte Saint-Étienne, a vendu pour 15 sous toulousains à Raimond Barbier, habitant de la place Saint-Étienne, la totalité d'une vigne, située au-delà de l'Hers à la Devèze, qu'il tenait en fief de l'Hôpital.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 186, paragraphe A.

Noverint universi quod Petrus Rubeus de bario porte Sancti Stephani vendidit et titulo venditionis perfecte tradidit Raimundo Barberio de platea Sancti Stephani, pro se et suis heredibus et ordinio suo, omni presenti ementi et recipienti totam illam vineam, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus et pertinenciis, ipsius vinee — quam quidem vineam dictus venditor esse asseruit ultra Yrcium, ad Devesiam, inter honorem Petri Vitalis et Guillelmi Rubeo et tenet de honore Petri Brus usque ad carrariam publicam — ad habendum, tenendum et posidendum et quiquid sibi suisque heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum salvo jure domini feodalis, pro precio quindecim sol. tol. guiritorum. Quod precium dictus venditor confessus et concentus fuit se ab eodem emptore habuisse et recepisse […] sibi integre datum solutum et numeratum esse, exceptioni dicti precii non habiti et non recepti et non numerati, et omni alii juris auxilio omnino renuncians. Et si vero dicta vinea vendita plus dicto precio valet nunc vel valebit et in futurum, totum illud plus dictus venditor, dedit, dimisit et absolvit, donatione pura inter vivos facta dicto emptori et ejus ordinio seu heredibus ad omni modam voluntatem suam inde faciendam ; renuncians inde dictus venditor consulte et expresse legi dicente donationem per ingratitudinem vel aliam justam causam revocari pose, et juri per quod deceptis ultra dimidiam justi precii subvenitur, sedens insuper et remitens dictus venditor eidem emptori et ejus heredibus seu ordinio, omna jura et actiones reales et [per]sonales mixtas utiles et directas, siviles et pretorias reique persequtorias, usus, requisitiones, pactiones, conventiones, fer[…]tes et dominationes, eidem emptori nomine dicte rei vendite vel ipsi rei modo aliquo pertinentes et pertinencia competentes et competitura. Quam ream venditam dictus venditor se dicti emptoris nomine constituit posidere usque quo ipsius rei possetionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eidem licentiam omnimodam contulit atque dedit. Et promisit dictus venditor Petrus Rubeus per se et suos heredibus solempni stipulatione dicto emptori pro se et suis heredibus et ordinio suo, omni presenti et solempniter stipulanti, litem vel controversiam de dicta re vendita vel de aliqua parte ipsius eidem aut ejus heredibus seu ordinio, ullo tempore non infere nec inferenti concentire, set predictam rem venditam et quamlibet partem ipsius, tam in possetione quam in proprietate, eidem legitime deffendere, et guirenciam facere, et portare in judicio et extra, de omnibus amparatoribus excepta parte domnationis et vacuam possetionem pasificam et quietem dicte vinee vendite eidem tradere et ipsum emptorem in possetione facere potiorem, et si quo tempore lis vel controversia de dicta ac vendita vel de aliqua parte ipsius eidem emptor, vel ejus heredibus morevetur tam per oblationem libelli quam alio quocumque modo, ipsam questionem, litem, controversiam et libellum et omnem causam in se sucipiet, et suis propriis expensis ducet usque ad finem litis, tam in causa principali quam appelatione ; quod si contra ipsum feretur sentencia post triduum postquam eidem venditor denunciatum fuerit, dictum precium cum omni magis valencia et omni suo interesse eidem emptori restituet et persolvet, volens idem venditor quod ipse non possit dicere quod ejusdem emptoris culpa vel necligencia dicta res ab eodem fores evicta si contra ipsum pronunciari contiguit. Quam venditionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta dictus venditor promisit per se et suos heredes dicto emptori ut supra stipulanti perpetuo firma et rata habere et tenere et non contra facere vel

venire aliqua ratione vel causa seu ingenio, de jure vel de facto. Item refficere et restituere sibi omnia et singula dampna expensas et interesse litis et extra pro quibus omnibus et singulis firmiter tenendis, conplendis et observandis obligavit eidem emptore omnia bona sua presencia et futura.

Preterea Galharda uxor dicti venditoris dicte venditioni concenciit, et certificata per me notarium infra scriptum dictam rem venditam, sibi pro sua dote et donatione propter nupcias fore obligatam renunciavit omni suo jure ypotecarum et cuicumque alio quod habebat vel habere poterat in dicta re vendita occassione dotis sue aut donatione propter nupcias vel alia quacumque idem jus, pacto remitens dicto emptori et promitens dicto emptori ut supra stipulanti dictam venditionem et omnia et singula supra scripta firma et rata perpetuo habere et tenere et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa per se vel alium ex suis partibus sub reffectione dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium bonorum suorum.

Hoc fuit factum decimo die exitus mensis febroari, regnante Philippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CC°LXXX° sexto.

Hujus rei sunt testes Raimundus de Podio et Bertolomeus de Bosco et ego Paulus de Cappella publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsi.

188

1er mai 1287

*Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, confirme la vente faite par Pierre Roux à Raimond Barbier d'un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Devèze. Il se porte garant de la vente en faveur de Raimond Barbier et retient les mêmes redevances dues pour l'inféodation de ce fief (*cf *acte n°187).*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 186, paragraphe B.

Notum sit quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jerusalem Tholose, pro se et suis successoribus et pro toto conventui presenti et futuro dicte domus, ratificavit et confirmavit et pro bonam et firmam hab[ui]t et tenuit totam illam venditionem quam Petrus Rubeus fecerat Raimundo Barberio, et ejus ordinio, de toto illo medio aripento malolis, et plure si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, que est ut ibi fuit dictum ultra Yrcium in loco vocato ad Devesiam, inter honorem Petri Vitalis et Guillelmi Rubei ex altera, et tenet de honore Petri Brus usque ad carrariam publicam.

Et pro suis pax quos se recognovit et concessit inde habuisse et recepisse a predicto emptore laudavit et dedit ad feodum dicto Raimundo Barberio, et suo ordinio, totum predictum medium aripentum malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, sicut inter adjacentias includitur ante dictas. Promitens ut supra bonam et firmam guirenciam facere et portare dicto Raimundo Barberio, et suo ordinio, de omnibus amparatoribus ex parte sua dominationis, salvis et retentis sibi, et suis successoribus, suas oblias, censibus et usibus, et alias pertinentes dominationes prout in cartis feodi continetur.

Hoc fuit factum primo die introitus mensis madii, regnante Philippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnation Domino M°CC°LXXX° septimo.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini notarius, et Bartolomeus de Bosco, et Raimundus de Deo, et ego Paulus de Cappella publicus Tholose notarius qui cartam istam scipsi.

189

17 octobre 1287

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois mezalhades de terre situées près de la Devèze, au lieudit du Rivillon, à Raimond Auzelle vivant à Beauville. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, un tournois noir d'oublies et un denier de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 187 et 188.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se ipso, et ejus successoribus, consilio tamen et voluntate et expresso assensu quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et thesaurarii dicte domus Tholose, fratris Bernardi de Gironda presbiteris, fratris Petri de Grassa, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, dedit ad feudum Raimundo Auzello qui manet prope Bovillam, et ejus ordinio, tres medallatas terre que sunt apud Devesiam in loco vocato ad Revilho, inter honorem Petri Johannis Auzelli ex una parte, et honorem Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et predictum rivum de Revilho.

Tali pacto dedit ei hoc feudum et ejus ordinio ut quoque anno reddat inde preceptori et fratribus dicte domus in eadem terra, quartam partem tocius fructus quod inde exierit, bene et fideliter, in garba vel in grano, ad electionem fratrum domus superius memorate. Et unum turonensem nigrum obliarum quoque anno in festo Omnium Sanctorum. Et I d. reacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus et habeant de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper predictus dominus preceptor promisit inde esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus predicto feudotario et ejus ordinio. Preterea supradictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus supradictis et promisit persolvere eis predictum quartum, quolibet anno, et predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futuro pro feodo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII[(a)] die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Stephanus de Coynes, et Guillelmus de Uceria, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Erreur manifeste du scribe entre les deux textes chirographiés. L'acte n°188 est daté du 17 octobre et l'acte n°189 du 16.

190

1er janvier 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans les quartiers des

hospitaliers, à Arnaud Recaud de la porte Cerdane. Il devra livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 190.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri qui totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Recaudo de porta Cerdana, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis, et plus vel minus si ibi est, quod est ultra Yrcium in quartis ejusdem domus hospitalis, inter honorem Petri Ovelherii, et inter honorem Poncii Crivelerii condam et tenet de rivo de Toronno usque ad honorem Bernardi Raimundi de Mirabello et usque ad honorem Raimundi de Balmario.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feudum quod annuatim in tempore vindemiarum reddat et deferat et reddere et deferre teneatur in domo ipsorum fratrum Tholose, quartam parte totius vindemie que inde exierit bene et fideliter bona fide sine missione dictorum fratrum. Et retroacapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Recaudo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea supradictus Arnaldus de Recaudo recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et quonditionibus supradictis, et mandavit et promisit deferre dictum quartum ut dictum est et alias dominationes servire uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis januarii regnante Phylipo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Tornerii semalerius, et Guillelmus de Cavanaco, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

191

2 janvier 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé près de la Devèze, au lieudit de la Jonquas, à Pierre Jean Auzelle. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, un denier d'oublies et un tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 189 et 189 bis.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose Jherusalem, consilio et voluntate quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani et thesaurarii dicte domus, fratris Bernardi de Gironda presbiteri, fratris Raimundi Benedicti, fratris Guillelmi Vitalis, fratris Garini, fratris Petri de Grassa, pro se ipso et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, dedit ad feudum, ac etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit, Petro Johanni Auzello, et ejus ordinio, totum illud aripentum terre, et plus si ibi est, quod est apud Devesiam loco vocato ad Juncadz, inter honorem Bernardi de Pastelhano, et honorem Bernardi de Podio, et honorem Stephani Vitalis, et exitum comunem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum et ejus ordinio ut quoque anno reddat inde preceptori et fratribus et habitatoribus dicte domus in eadem terra, quartam partem tocius fructus quod inde exierit, bene et fideliter, in garba vel in grano, ad electionem preceptoris et fratrum dicte domus. Et quoque anno in festo Omnium Sanctorum I d. tol. obliarum. Et I turonensem reacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feudo jure fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus et habeant de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et ibidem supradictos feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et modis et conditionibus supradictis et promisit sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum reddere, traddere et persolvere annuatim predictam quartam parttem et predictas oblias in predicto festo Omnium Sanctorum et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum II die introitus mensis januarii regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes mag]ster Betrandus de Caminariis jurisperitus et Raimundus Martini notarius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

192

17 février 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une pièce de terre située près de la Devèze, au lieudit des Fontaines, à Arnaud de Molas de Beauville. Il devra livrer annuellement à la Devèze le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 184.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis qui hoc totum ut subsequitur ita fieri volurunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Molas de Bovilla, et ejus ordinio, totam illam peciam terre que est apud Devesiam ibi ubi vocatur al Fontanas, inter honorem ejusdem hospitalis et carrerias publicas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod semper reddat et deferat apud Devesiam, sine missione ipsorum fratrum, quartam partem tocius explecte que inde exierit bene et fideliter, in garba vel in grano, ad electionem dictorum dominorum. Et retroacapte quatuor d. tol., videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarii nec ejus ordinium non debet hunc predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Molas, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Arnaldus de Molas recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit facere et servire dictis dominis ut dictum est omnes predictas dominationes uti evenerint in futurum pro feodo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis febroarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Armanni clericus, et Bernardus de Alano mercator, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

193

25 mars 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères, un demi-arpent de plantier et de terre situé au lieudit de Canta Caus *à Guillaume de Pin. Il devra livrer annuellement à la domus des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 116, pièce 45.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod dominus frater Petrus Florencii, preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et pro omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johanis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose et fratris Bernardi de Gironde presbiteri et fratris Guillelmi Vitalis et fratris Ramundi Gontardi clavigeri qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo de Pinu, et ejus ordinio, medium aripentum inter planterium et terram, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, quod totum est in loco vocato Cantacaus, inter honorem ipsius emptoris et inter honorem Petri Tenca, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Bartholomei Rapaudi, et Arnaldi ejus fratris.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. tol. oblias. Et retroacapte videlicet per moterm prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii quatuor d. tol. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius, nec ejus ordinium, non debet predictum feudum dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur

domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum, sed si dictum feudum vendere, vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictis pro se et pro omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Pinu, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea Guillelmus de Pinu recepit pro dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et convenit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit septima die exitus mensis marcii, regnante Philippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo anno M°CC°LXXX° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Michael Catalanus, et Bernardus de Alano mercator et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

194

6 juin 1288

Après qu'Esclarmonde, femme de feu Pierre Vital de Monte Osserio*, ait vendu à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, un demi-arpent et une pogésée de mailleul situés au-delà de l'Hers, dans la condamine dite de la Côte, ce dernier donne en fief la même terre à Guillaume l'hospitalier de Bagnères, habitant de la porte de Villeneuve, qui devra livrer tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers trois sous, quatre deniers et une obole d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 191.

Noverint universi presentes paginam inspecturi, quod post illam venditionem, absolutionem et quitationem quod Esclarmunda, uxor quondam Petri Vitalis de Monte Osserio, fecerat et concesserat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose et fratribus et habitatoribus dicte domus de toto illo medio aripento et unam pogesatam malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod totum est ultra Yrcium in condamina que vocatur de Costa, inter honorem Petri Guillelmi carpenterii, et inter honorem Petri Arnaldi Catalani, et inter honorem Mychaelis de planis Pelherii, et honorem predicte domus hospitalis, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, prout in carta dicte venditionis, absolutionis et quitationis quam ego Raimundus Martini publicus Tholose notarius inde scripsi melius et plenius continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencius preceptor predictus pro se et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Raimundi de Biterris, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Petri de Grassa, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Hospitalerio de Banheriis qui moratur apud portam Ville Nove et ejus ordinio, totum predictum malolem sicut melius superius adjacentiatur.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus et habitatoribus dicte domus tres sol. et quatuor d. tol. et obolum obliarum. Et retroacapite quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et quatuor d. tol.

justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad super feudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis nec aliter asse alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencius preceptor predictus, pro se et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo hospitalerio et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea supradictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit sub obligationem omnium bonorum suorum dictis dominationis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum reddere et persolvere dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VI die introitus mensis junii, regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Magoti notarius Tholose, et Petrus de Luco notarius curie domini vicarii Tholose, et Bernardus de Alano, et Bernardus de Solerio, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

195

6 juin 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pierre Garaud de la rue d'Arnaud du Mont. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies (à l'exception des deux premières années), et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 192.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tezaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Raimundi Benedicti, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Petri de Grassa qui hoc totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro Garaudi de carraria Arnaldi de Mons, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ibi ubi vocatur ad Toronnum, inter honorem Petri Cascas, et inter terram hospitalis predicti, et tenet de prato Petri Beneyti usque ad exitum.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche Domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur

domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum supradicto feudotario Petro Garaudo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Voluit insuper dictus dominus preceptor de concensu predictorum fratrum, quod dictus feudotarius non teneatur solvere predictas oblias donec de isto primo venienti festo Omnium Sanctorum ad duos annos. Preterea predictus Petrus Garaudi recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit sexta die introitus mensis junii regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Odo Agulherius, et Arnaldus Raimundi de campo Aynerio, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

196

6 juin 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit du Toron à Pons Garrugue de la rue des Lagers*. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies (à l'exception des deux premières années), et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 193.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tezaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Raimundi Benedicti, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Petri de Grassa qui hoc totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Poncio Garruga de carraria dels Lagers, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra est ad Toronnum, inter honorem Petri Garaudi, et inter honorem hospitalis predicti, et tenet de honore Petri Beneyti usque ad exitum.

Sub pacto quod plantet et teneat semper ibi vineam condrictam et quod in eadem terra vineam plantaverit antedictam de isto primo venienti festo Pasche Domini ad unum annum, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum

vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium tol., et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum predicto feudotario Poncio Garruga, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Voluit insuper et mandavit dictus dominus preceptor de voluntate et expresso assensu predictorum fratrum, quod dictus feudotarius non teneatur solvere predictas oblias usque de isto primo venienti festo Omnium Sanctorum ad duos annos. Preterea predictus Poncius Carruga recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius memorato.

Hoc factum fuit sexta die introitus mensis junii regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Odo Agulherius, et Arnaldus Raimundi de campo Aynerio, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

197

28 novembre 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située à la Devèze à Guillaume Sanche de Ravaudo des Clos. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 194.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Petri de Grassa, et fratris Garini, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis, et fratris Raimundus Ecclesie qui totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Sancio de Ravaudo de Clotis, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre que est apud Devesiam, inter honorem Raimundi de Mare, et inter honorem Guillelmi de Bovilla, et inter honorem Pascallis Ysarni et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, decem et octo d. tol. obliarum. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor debet et promisit, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, esse inde guirens et facere ei bonam et firmam guirentiam de omnibus amparatoribus. Preterea prefatus feudotarius Guillelmus Sancius de Ranando recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis

et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit reddere ut persolvere eisdem fratribus annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum III die exitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Raimundi de campo Aynerio, et Petrus Raimundi Yquerii, et Guillelmus Stephani saumaterius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

198

1er décembre 1288

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de plantier situé dans la condamine de Balma à Guillaume de Cave de Balma. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 195.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gontardi, et fratris Garini, et fratris Petri de Grassa, et fratris Bernardi Berengarii qui totum hoc ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo de Cava de Balmario, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum planterii quod est in condamina de Balmario, inter honorem Raimundi Macellarii, et Poncii fratris sui, et inter honorem Arnaldi de Pulco Loco, et inter honorem Arnaldi Petri.

Tali pacto dedit hoc feudum ei quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. tol. obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. vende unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Cava et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotar[ius] recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit reddere et persolvere dictis fratribus oblias annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis decembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Furnello, et Bernardus Carbonelli basterius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

199

2 janvier 1289

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans les quartiers des hospitaliers, à Guillaume de Cave de Balma. Il devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges au pressoir de la domus *des frères hospitaliers, et deux deniers de réacapte le cas échéant. De plus, il promet de l'entretenir tous les ans en la déchaussant, la rechaussant et la sarclant, en dressant les échalas et provignant si cela était nécessaire.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 196.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Sancti Johannis Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Petri de Grassa qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo de Cana de Balmario, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis quod est ultra Yrcium in quartis predicte domus hospitalis, inter honorem Arnaldi de Recaudo, et inter honorem Raimundi de Sancis, et inter honorem Arnaldi Laurencii et rivum.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ei ut annuatim in tempore vindemiarum, et deferat reddat in trolio dicte domus hospitalis Tholose sine missione isporum fratrum, quartam partem totius vindemie que inde exierit bona fide. Et duos d. retroacapte quando evenerit videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Promitens etiam dictus feudotarius predictum malolem fodere, paxellare et binare et terciare quoque anno et unam palam ibi tenere ad provagniandum si necesse fuerit bona fide.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Cava et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Guillelmus de Cava recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et promisit servire et facere dictis dominis quoque anno dictas dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum secunda die introitus mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° octavo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Poncius Calveri de Odartio, et Petrus Bernardi Fumelli sartor, et Guillelmus de Lemovicis furnerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

200

19 mars 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de mailleul situé à la Devèze à Pierre Jean Alsonne du faubourg de la porte Villeneuve. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers neuf sous d'oublies et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 200 et 201.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Guillelmi Cataroni presbiterorum, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro Jopalmatoihanni de Alsona de barrio porte Ville nove, et ejus ordinio, illa tria media aripenta malolis cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Vitalis Gausberti, et inter honorem Guillelmi de Banheriis palmatoris, et inter honorem predicte domus hospitalis, et carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, novem sol. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte duodecim d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro Johanni de Alsona, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus Petrus Johannes recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit firma stipulatione dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis martii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Raimundi Yquerii, et Audinus de Alvernhe, et Arnaldus de Banheriis, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

201

12 septembre 1289

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois obolades de mailleul situées à la Devèze, au lieudit du Toron, à Guillaume Amiel d'Avignon. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous et neuf deniers d'oublies et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 202.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu quorumdam fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Johannis de Alinhano presbiterorum, et domini fratris Guillelmi Pagani, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Guillemi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Petri de Grassa qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Amelio de Avinione, et ejus ordinio, tres obolatas malolis cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, que sunt apud Devesiam in loco vocato ad Toronnum, inter honorem Vitalis Claverii, et inter honorem Dulcie Bergonhone, et tenet de honore Girardi Bergonhoni usque ad exitum.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, tres sol. et novem d. tol. obliarum. Et retroacapte sex d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Amelio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus Amelii recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit reddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die introitus mensis septembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Raimundi de Campo Aynerio, et Petrus Raimundi Yquerii, et Durandus de Lemozino, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

202

10 octobre 1289

Guillaume Auger Olivier, potier habitant la porte Neuve, Raimond de Valle, *son gendre, et* Guilhelma*, sa fille, ont vendu pour 10 sous toulousains à Arnaud des Roches, tisserand habitant le même lieu, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Côte de l'Hôpital.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 215, paragraphe A.

Noverint universi quod Guille[mus Augerii olier]ius qui moratur apud Portam Novam et R[ai]mundus de Valle, gener ipsius Guillelmus olierii et Guillelma uxor dicti Raimundi et filia dicti Guillelmi spontaneis eorum voluntatibus, pro se et heredibus suis, titulo perfecte et

irrevocabilis venditionis vendiderunt, et vendendo de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis guirire convenerunt in judicio sive extra, Arnaldo de Ruppibus textori, qui moratur propre dictam portam presenti, et pro se suisque heredibus ementi, recipienti et stipulanti, totum illud medium aripentum malolis et plus et minus si ibi est, cum terra in qua est, cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quod esse dixerunt ultra Ircium, in Costa Hospitalis, inter honorem Johannis de Alta Rippa serralherii ex una parte, et inter honorem Petri de Aulono ex altera et exi[tum, pro] precio decem sol. tol. guiritorum, quod quidem precium dictum venditores recognoverunt habuisse ab ipso emptore et recepisse [in pecunia nume]rata, inde exceptioni precii non habiti nec recepti et non numerate pecunie, non habite, nec recepte et doli ac fraudis omnino [... renunciaver]unt venditores superius nominati. Constituentes se venditores predicti dictum malolem superius venditum dicti emptoris nomine [tenere, possidere] et pro eo, donec idem emptor inde possessionem aceperit [corporalem] quam accipiendi per se vel per alium seu alios ejus nomine eidem emptors concesserunt plenam et liberam potestatem et absolverunt feudum domino a quo fevaliter tenerunt, ideo ut illud dicto emptori concederet et laudaret.

Actum fuit hoc decimo die introitus mensis octobris, regnante Philippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXX° nono.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Carrigia mercator, et Poncius de Pinu et Bernardus de Casa publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

203

20 novembre 1289

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de mailleul située à la Devèze à Guillaume Capre de Saiguède. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 203.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Bernardi Berengarii, et fratris Raimundi Fabri de Fontibus Orbis qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Capre de Sugueda, et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, que est apud Devesiam, inter honorem Bernardi Veguerii, et inter honorem heredum Raimundi Auzelli ex duabus partibus, et caminum Sancti Martini de Bovilla.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Capre, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Guillelmus recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit reddere dare et persolvere supradictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XI die exitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Grimaudi, et Petrus de Albio Brasserii, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

204

19 mars 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé à la Devèze à Michel Gascon du faubourg de la porte Villeneuve. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 197.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Guillelmi Cataroni presbiterorum, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Michaeli Vasconi de barrio porte Ville nove, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis cum terra in qua est, et cum introitu et exitu quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Petri Johannis de Alsona, et inter honorem predicti hospitalis, et inter honorem Guillelmi Vasconis palmatoris et carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptore et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, tres sol. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario et ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea predictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et firma stipulatione promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis martii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Johannes de Alsona, et Petrus Raimundi Yquerii, et Audinus de Alvernhe, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

205

19 mars 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé à la Devèze à Pierre Jean Alsonne du faubourg de la porte Villeneuve. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 199.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Guillelmi Cataroni presbiterorum, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni de Alsona de barrio porte Ville nove, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Arnaldi de Banheriis, et inter honore dicti hospitalis, et inter honorem Bernardi de Anglada notarii, et carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptore et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, tres sol. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro Johanni de Alsona, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius Petrus Johannes recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et firma stipulatione promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die exitus mensis martii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXX° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Raimundi Yquerii, et Audinus de Alvernhe, et Arnaldus de Banheriis, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

206

4 avril 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre à la Devèze, au lieudit du Toron, à Albert de Savoie du faubourg Saint-Étienne. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 205.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Guillelmi de Cataroni presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Alberto de Savoya de barrio Sancti Stephani, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu ad plantandum et tenendum ibi vineam condrictam quam terram esse dixerunt apud Devesiam in loco vocato ad Toronnum, inter honorem dicte domus hospitalis, et inter honorem Beneytorum, et inter honorem Petri de Albio, et exitum comunem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, duos sol. tol. bonorum obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Alberto de Savoya, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et firma stipulatione promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum IIII die introitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Portu notarius, et Guillelmus de Caramanno macellarius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

207

4 avril 1290

*Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre à la Devèze, au lieudit du Toron, à Perre d'*Albio *du quartier Saint-Étienne. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 207.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Guillelmi de Cataroni presbiterorum, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro de Albio de barrio Sancti Stephani, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, ad plantandum et tenendum ibi vineam condrictam quam terram esse dixerunt apud Devesiam in loco vocato ad Toronnum, inter honorem predicti hospitalis ex duabus partibus, et inter pratum Beneytorum, et exitum comunem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, duos sol. tol. bonorum obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro de Albio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit firma stipulatione dare et persolvere annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum IIII die introitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Portu notarius, et Guillelmus de Caramanno macellarius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

208

23 avril 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située à la Devèze, au lieudit du Toron, à Guillaume Amiel d'Avignon du faubourg des Pénitents. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 204.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Amelio de Avinone de barrio Penitentie, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introitu et exitu, quod esse dixerunt apud Deveisam, in loco vocato ad Toronnum, inter honorem Beneytorum, et inter honorem Poncii Carruga, et inter honorem Girardi Bergonhoni, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque solis[(a)] pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Amelio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et firma stipulatione promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VIII die exitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Thomas de Mirapisce, et Egidius Pelliparius, et Guillelmus Jordani notarius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) *Sic*. Comprendre : « de quoque solido pignoris ».

209

23 avril 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre à la Devèze, au lieudit du Toron, à Ponce Garrugue. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 208.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris

Bernardi Senheroni, et fratris Raimundi Gautardi clavigeri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Poncio Garruga de Cadrunio de Lager, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introitu et exitu, quam esse dixerunt apud Devesiam, in loco vocato ad Toronnum, inter honorem Alberti de Savoya, et inter honorem Guillelmi Amelii, et inter honorem Beneytorum, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose, duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum[(a)], nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Poncio Garruga, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et firma stipulatione promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VIII die exitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXXX° ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Thomas de Mirapisce, et Egidius Pelliparius, et Guillelmus Jordani notarius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Le scribe répète « nec dare ad super feudum » par erreur.

210

8 mai 1290

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Arnaud Maurel, avec l'accord de sa femme Blanche, à Ponce Prozet, notaire, d'un mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers pour un montant de 25 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Ponce Prozet qui devra livrer tous les ans, le quart de ses vendanges à la domus des frères hospitaliers à Toulouse.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 209.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod frater Petrus de Florenquis preceptor Hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose ex parte dominationis laudavit et per bonam et firmam habuit et tenuit omnem illam venditionem quam Arnaldus Maurellus et Blanqua suis uxor fecerant et concesserant Poncio Prozeti notario de toto illo malole quartanerio quod esse dixerunt ultra Yrcium inter honorem Arnaldi Vitalis burcellarii ex una parte et honorem Arnaldi de Savarduno ex parte altera et tenet de exitu usque ad carrariam publicam, in precio et nomine precio XXV sol. tholosanorum. De qua venditione, Raimundus de Cazalibus publicus Tholose notarius mandamentum receperat ad faciendum inde cartam. Qui predictus dominus nomine

quo supra recuperato feodo a predicto venditore pro suis pax, quos inde recognovit habuisse, laudavit et dedit ad feodum predicto Poncio Prozeti emptori totam vineam supradictam cum loco in quo est ut superius adjacentiatur.

Tali pacto dedit ei ad feodum ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde fratribus dicti hospitalis et portari faciat ad suam missionem infra eorum domum in Tholosa quartum tocius vindemie et laboris quod inde exierit bona fide. Et ibi non habet retroacapita. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feodo fide inde habeat IIII^{or} d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad super feodum nec aliter a se alienare cur dominus possit admittere inde suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictus feodotarius predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio domini et reddat inde ei vel fratribus dicti hospitalis de unoquoque sol. venditionis I denarium et de unoquoque sol. pignoris I obolum. Et predictus dominus pro se et nomine quo supra promissit et convenit predicto Poncio Prozeti et ejus heredibus et ordinio esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hoc fuit factum octava die introytus mensis madii, regnante Philipo Francorum rege et Hugone episcopo Tholosano anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagessimo.

Hujus rei sunt testes frater Guillelmus Paga ejusdem ordinis Sancti Johannis, et Arnaldus de Savarduno, et Bernardus de Turre, Stephanus Auchi, et Arnaldus Rubei publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

211

29 novembre 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de mailleul situées à la Devèze à Arnaud Thomas Cinglerio. *Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 210.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Raimundi Gautardi, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Thome Cinglerio, et ejus ordinio, illos tres pogesatos malolis quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Guillelmi Johannis de Roquis, et inter honorem Petri johannis de Alsona, et tenent de honore Bernardi de Anglada notarii, usque ad carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis, duos sol. tol. et tres d. tol. obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Thome, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum secunda die exitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani notarius, et Bernardus Poncius furnerius, et Raimundus Catalani, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

212

26 décembre 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de mailleul située à la Devèze à Arnaud Suteur de la rue d'Arnaud des Monts. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 211.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et fratribus dicte domus, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus, et fratris Petri Magestri presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Sutori de carreria Arnaldi de Montibus, et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Arnaldi Carre, et inter honorem Roberti Mercerii, et inter honorem dicte domus hospitalis, et inter honorem Petri de Sancto Martino.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis, duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Sutori, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VI die exitus mensis decembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Luco, notarius curie domini(b) vicarii Tholose, Bertrandus de Miramonte dyaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Noté « dictum » par erreur ; (b) « Domini » répété par erreur.

213

26 décembre 1290

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de mailleul, située près de la Devèze, à Arnaud Quatre des Clos. Il devra livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies, et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 382.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Petri Magestri presbiteri, et fratris Guillelmus Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo Quatre de Clotis, et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Petri Bernardi Vitali, et honorem dicte domus hospitalis, et inter honorem Arnaldi Sutoris, et tenet de exitu usque ad pratum.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol., videlicet per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum ad superfeudum dare, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feodotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore, et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VI die exitus mensis decembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° XC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luco notarius curie domini vicarii Tholose, et Bertrandus de Miramonte dyaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

214

14 janvier 1291

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à la Médiane à Raimond Borrel de Saiguède. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 212.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Raimundo Borrello de Saugueda, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam in loco vocoto ad Medianam, inter honorem Petri de Deo, et inter honorem Poncii de Caustirano, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis duos sol. et tres d. tol. obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Raimundo Borrello, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIIII die introitus mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Grimaudi, et Arnaldus Thomas Cinglerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

215

14 janvier 1291

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze, dans le lieudit de la Médiane, à Pons Caustiran de Saiguède. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 213.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, consilio et voluntate fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Guillelmi Vitalis, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Poncio de Caustirano de Saugueda, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam in loco vocoto ad Medianam, inter honorem Raimundi Borrelli, et inter honorem Raimundi de Gorsolas, et honore Aldrici de Prinhaco, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et tres d. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem feudotarii et per mortem prioris Sancti Egidii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Poncio de Caustirano, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIIII die introitus mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Grimaudi, et Arnaldus Thomas cinglerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

216

4 juillet 1291

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Guillaume Auger, potier, habitant la porte Neuve, Raimond de Valle, *son gendre, et Guilhelma, sa fille, à Arnaud des Roches, tisserand, d'un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Côte de l'Hôpital. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Arnaud des Roches qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la* domus *des frères hospitaliers à Toulouse et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 215, paragraphe B.

Noverint universi quod, post illam venditionem quam Guillelmus Augerii, olierius, qui moratur apud Portam Novam, et Raimundus de Valle, gener ipsius Guillelmi olierii, et Guillelma uxor dicti Raimundi, et filia dicti Guillelmi olierii fecerant Arnaldo de Ruppibus, textori, de toto illo medio aripento malolis quod habere dixerunt ultra Ircium in costa Hospitalis Sancti Johanis et inter adjacentias et sub precio in instrumento venditionis contentis prout hec omnia in carta venditionis predicte quam ego notarius infrascriptus inde receperam continetur.

Frater Petrus Florent preceptor domus hospitalis Jehrusalem Tholose pro se et successoribus suis et pro suis pax quos inde habuit dictam venditionem laudavit, et dedit ad feudum, et ad feudum dando de omnibus amparatoribus ex parte dominacionis guirire convenit Arnaldo de Ruppibus presenti et pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti totum predictum medium aripentum malolis cum terra in qua est, cum introitu et exitu et cum omnibus pertinentiis suis prout inter adjacientas in instrumento dicte dicte venditionis contentas melius confrontatur.

Tali tamen pacto dedit eidem hoc feudum quod in quoque anno tempore vindemiarum reddat inde fratribus dicte domus fideliter quartum totius vindemie quam inde exierit et faciat illud defferri ad domum predictam absque ipsorum fratrum missione. Et sex d. tol. pro retroacapite quando evenerit. Et de querela hujus feudi, fidem inde habeat dictus dominus, et quatuor d. pro justicia si juste dictus feudotarius fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinio non possit dictum honorem dare ad superfeudum nec aliter a se alienare cur dominus possit inde amittere suos pax vel aliquid suarum dominationum, set si illud vendere vel inpignorare voluerit faciat cui possit exceptis tamen milite et suo filio, clerico et domo religionis, consilio tamen dicti domini preceptoris vel ejus successorum qui habeat inde de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris, unum obolum.

Actum fuit hoc quarto die introitus mensis julii, regnante Philippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXXX° primo.

Hujus rei sunt teste Guillelmus Jordani notarius qui moratur in carraria de Albate et Johannes de Altarippa serralherius et ego Bernardus de Casa publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsi.

217

4 juillet 1291

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Arnaud des Roches, à Raimond Guillaume, forgeron de Forgues, d'un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Côte de l'Hôpital, pour un montant de 19 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Raimond Guillaume qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus des frères hospitaliers à Toulouse et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 216.

Noverint universi quod, Arnaldus de Ruppibus textor et Raimunda ejus uxor qui moratur apud Portam Novam, spontaneis eorum voluntatibus pro se et [here]dibus suis, titulo perfecte et irrevocabilis venditionis, vendiderunt et vendendo de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis guirire convenerunt in judictio si[ve] extra Raimundo Guillelmo fabro de Forgis presenti, pro se et suis heredibus, stipulanti et recipienti, totum illud medium aripentum malolis et plus vel minus si ibi e[st] cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus et actionibus eisdem venditoribus in dicto malole spectantibus et pertinentibus, — quem malolem dixerunt e[st] ultra Ircium in Costa hospitalis Sancti Johanis, inter honorem Johanis

de Altarippa fabri ex una parte, et inter honorem Petri d'Aulo et exitum — ad habendum, tenendum et possidendum, et faciendum inde quicquid de dicto malole cum omnibus juribus et pertinenciis placuerit perpetuo faciendum. Constituentes se predicti venditores predictum malolem superius venditum dicti emptoris tenere, possidere et pro eo donec idem emptor inde de dicto malole possessionem acceperit corporalem quam accipiendi et retinendi propria auctoritate per se vel per alium ejus nomine eidem emptori dederunt et concesserunt plenam et liberam potestatem.

Et si [for]te in dicto medio aripento malolis, et pluri ut minus si ibi est, superius vendito vel in solidum vel in parte a quocumque seu quibuscumque lis, causa vel qu[estio] in Tholosa vel extra ubicumque preter quam a parte dominationis aliquo tempore moveretur, idem venditores pro se et heredibus suis mandaverunt et promiser[runt, fir]ma stipulatione et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium presencium et etiam futurorum, dicto emptori sollempniter stipulanti dict[am] litem, causam et questionem, in prima citatione et primo litis exordio, in se et super se sucipere quandocumque et quocienscumque et ubicumque et a quocumque lis causa seu questio hujus modi moveretur, et ipsam litem, causam et questionem, propriis sumptibus ducere in principali et appelatione seu appelationibus, in principio, medio et in fine, et donec ipsa lis causa seu questio fuerit per diffinitivam sentenciam totaliter terminata. Suscipientes in se et super se omne evictionis et contrarie sentencie periculum venditores superius nominati. Remitentes specialiter et expresse dicto emptori necessitatem d[e]nunciandi dictam litem, causam et questionem motam fuisse. Promitentes etiam se non opponere dictam litem causam et questionem ob culpam ipsius emptoris vel negligentiam amissam fuisse, nec allegare seu dicere causam aliquam seu etiam rationem quare ad predictam omniam et singula [ven]ditores predicti minime teneantur tociens quociens a quocumque seu quibuscumque fuerit intemptatum.

Quam quidem venditionem dicti venditore[s] fecerunt emptori predicto in precio et sub precio decem et novem sol. tol. guiritorum, quod quidem precium ipsi venditores recognoverunt et confessi fuerunt ab ipso emptore integre habuisse et recepisse de quo se habuerunt ab ipso pro bene paccatis et contentis, unde exceptioni non numerate pecunie non habite nec recepte et doli ac fraudis omnino renunciaverunt venditores superius nominati.

Et absolverunt feudum, venditores predicti, domino preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jerhusalem Tholose a quo fevaliter tenetur, ideo ut illud dicto emptori concederet et laudaret. Quo facto, frater Petrus Florent preceptor domus predicte, pro suis pax quos inde habuit, dictam laudavit venditionem, et dedit ad feudum, et ad feudum dando pro se et successoribus suis et pro toto conventu dicte domus presenti, scilicet et futuro et de omnibus aliis amparatoribus ex parte dominationis guirire convenit dicto emptori Raimundo Guillelmo fabro presenti, et pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti, totum predictum medium aripentum malolis, et plus vel minus si ibi est, cum terra in qua est, cum introitu et exitu, prout inter predictas adjacentias melius et plenius terminatur.

Tali vero pacto dedit eidem hoc feudum ut quoque anno tempore vindemiarum reddat fratribus dicte domus Tholose et defferre faciat, absque dictorum fratrum missione, ad domum predictam Tholose, quartum tocius vindemie quam inde exierit. Et sex d. tol. pro reacapite quando evenerit. Et de querela hujus feudi fide inde habeat dictus dominus, et quatuor d. pro justicia si juste dictus feudotarius fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non possit dictum honorem dare ad superfeudum, nec aliter a se alienare cur dominus possit inde amitere suos pax vel aliquid suarum dominationum. Set si illum vendere vel inpignorare voluerit, faciat cui possit exceptis tamen milite, et suo filio, clerico, et domo religionis consilio tamen dicti domini preceptoris vel ejus successoris qui habent inde de uno quoque solido venditionis, unum d. et de quoque solido pignoris, unum obolum.

Actum fuit hoc quarto die introitus mensis julii, regnante Philippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXXX° primo.

Hujus rei sunt testes, excepto laudamento dicti domini preceptoris, Johannes de Alta Rippa faber de Forgis, et Raimundus sutoris qui moratur apud Portam Novam. Et de dicto laudamento sunt testes Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui moratur propre de Albatam, et idem Johannes de Alta Rippa et ego Bernardus de Casa publicus Tholose notarius qui fui ad omnia predictam presens et hoc scipsi publicum instrumentum.

218

4 novembre 1291

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze, dans le lieudit du Toron, à Pierre d'Aran de la rue d'Arnaud des Monts. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 217.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Bernardi de Gironda presbiteri, et fratris Petri de Grassa, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro de Aranno de carreria Arnaldi de Montibus, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introitu et exitu, que esse dixerunt apud Devesiam in loco vocoto ad Toronnum, inter honorem dicte domus hospitalis, et inter pratum Beneytorum de Balmario, et exitum comunem ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro de Aranno, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum IIII die introitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Magoti notarius, et Arnaldus de Roquas faber, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

219

15 mars 1292

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Ponce Laurent, fabricant de torchis, à Fernand Étienne, changeur et fils de Durand Étienne, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé dans le lieudit de la Côte de l'Hôpital, pour un montant de six sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Ferrand Étienne qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges et la dîme à la* domus *des frères hospitaliers à Toulouse.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 214.

Noverint u[niversi presente]s pariter et futuri, quod Poncius Laurencii tortisserius, sponte sua vendidit et titulo perfecte vendi[tionis dedit et a]bsolvit Ferrando Stephani campsori, filio Durandi Stephani campsoris, pro se suisque heredibus ementi [et recipi]enti, totum illud medium aripentum malolis cartanerium et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introhitu et exitu, quod est in loco vocato ad Costam hospitalis, inter honorem Raimundi Tornerii ex parte una, et maloles cartanerios Aldrici de Prinhaco ex altera, et inter honorem Jacobi de Provincia et exitum communem.

Mandans et promittens dictus venditor esse guirens et facere et portare inde bonam et firmam guirenciam dicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis, quam predictam venditionem dictus venditor dixit et asservit se fecisse emptori predicto, pro bono et justo precio respectu temporis tunc presentis videlicet in precio et pro precio sex sol. tol. guiritorum, quos dictus venditor recognovit et confessus fuit in numerata pecunia habuisse et recepisse, unde habuit et tenuit se ab eo pro bene pacato et contento, exceptioni pecunie non numerate nec accepte et precii non soluti et doli et omni aliis auxilio omnino renuncians, cedens et transferens, dictus venditor, eidem emptori et ejus heredibus, et ordinio omnia jura et actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas et alias quascumque sibi conpetentes, et competencia nomine et ocasione predicti honoris venditi. Quem predictum honorem venditum, dictus venditor emptoris nomine se constituit et ejus precario possidere donec inde possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi auctoritate propria et retinendi deinceps licenciam omnino dicti ei dedit, et etiam in quantum potuit verbi et facti possessionem ei tradidit cum hoc publico instrumento nunc et in perpetuum valituro. Quod si forte predictus malolis venditus plus valet ~~et~~ hodie jam dicto precio vel valebit amplius in futurum, totum illud plus et magis valenciam dedit et concessit dictus venditor emptori supradicto et ejus ordinio donatione pura simplici et irrevocabili inter vivos ad omnes ejus voluntates inde faciendas.

Preterea hoc venditio fuit facta consilio et voluntate Raimunde uxoris dicti Poncii Laurencii tortisserii, que dictam venditionem et omnia et singula suprascripta rata et firma habuit, laudavit et etiam aprobavit, et si aliquod jus vel rationem habebat vel habere poterat in predicto malole vendito, nomine doni, dotis, donationis propter nuptias, assignamenti, vel aliter, illud totum dicta Raimunda dedit et concessit dicto Ferrando Stephani emptori predicto, et ejus heredibus et ordinio, donatione pura simplici et irrevocabili inter vivos, ad omnes ejus voluntates inde faciendas, sine aliquo retentu quod ibi non fecit. Renuncians dicta Raimunda certifficata de jure suo per me notarium infra scriptum beneficio juris ypotecharum suarum, et legi Julie de fundo dotali, et omni alii juri in favorem mulierum inducto, per quod posset contra predicta venire in solidum vel in parte.

Item dicta vendicio fuit facta consilio et assensu, fratris Petri Florencii tunc preceptoris domus hospitalis Santi Johannis Jherusalem, civitatis Tholose, qui nomine dicte domus est dominus dicti honoris, cui predictus venditor solvit et reddidit feodum, ideo ut illud, dicto emptori et ejus ordinio concederet et laudaret. Quo facto, predictus dominus preceptor, recuperato feudo a predicto venditore, pro suis pax quos inde habuit, laudavit et dedit ad feodum

predicto Fernando Stephani emptori, et ejus ordinio, totum predictum malolem cum terra in qua est et cum introhitu et exitu sicut inter adjacentias melius includitur supradictas.

Tali pacto, ut predictus feudotarius quoque anno, reddat et defferat fratribus predicte domus, infra dictam domum hospitalis Tholose, quartum totius vindemie et explecte que inde exierit bene et fideliter, et decima detur in eodem feudo. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feudo fidem, inde habeat et quatuor d. tol. justiciam si dictus feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec aliter a se alienare pro quo dominus possit perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed illud vendere vel inpignorare voluerit faciat consilio, domini, et reddat inde ei, de unoquoque sol. vende, unum denarium et de quoque sol. pignoris, unum obolum. Et predictus feudotarius recepit in se et super se predictum feudum, sub modis et conditionibus supradictus. Insuper predictus dominus preceptor pro se ipso et pro omnibus aliis fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire dictum feudum dicto feudotario et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hoc fuit factum medio mense marcii, regnante Philippo Francorum rege, Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo primo ab incarnatione Domini.

Horum omnium excepto laudamento dicti preceptoris sunt testes Petrus Engilberti mercerius, et Petrus de Lemosino sutor. De laudamento non dicti preceptoris sunt testes Thomas Sicardi, et Arnaldus Calveti, et Guillelmus Johannes de Castilione publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

220

15 mai 1292

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et une pogésée de terre situés près de la Devèze, dans la condamine du Toron, à Guillaume Ponce, fils de feu Arnaud Pons de Balma. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 218.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus, et fratris Petri Magestri, et fratris Raimundi de Prada, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Poncio, filio quondam Arnaldi Poncii de Balmario, et ejus ordinio, totum illud aripentum et unum pogesatum terre, quod esse dixerunt apud Devesiam in condamina de Toronno, inter honorem Raimundi de Boseriis, et pratum Beneytorum de Balmario, et inter honorem Bernardi Johanniret, et exitum ejusdem honoris ad tenendum semper ibi vineam condrictam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose tres sol. tol. obliarum. Et retrocapte octo d. tol. scilicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et octo d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio

dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, convenit et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Poncio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XV die introitus mensis madii regnum Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo secundo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Poncius de Sancto Dauvino rasorerius, et Petrus de Janua clericus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

221

3 juin 1292

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de vigne nouvelle situé au-delà de l'Hers, dans la condamine de Balma, à Arnaud de Belloc de la porte Cerdane. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 219.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus, et fratris Petri Magistri, et fratris Bernardi de Gironda presbiterorum, et fratris Bernardi Berengarii et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Garini, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Pulcro Loco de porta Serdana, et ejus ordinio, totum illud aripentum planterii, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt ultra Yrcium, in condamina que dicitur de Balmario, inter honorem ipsius Arnaldi ex una parte, et inter honorem Guillelmi de Cava ex altera, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte quatuor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Arnaldo de Pulcro Loco, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dare et persolvere dictis

dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum III die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo secundo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Magoti notarius, et Rustannus Martini dyaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

222

15 juin 1292

Après avoir acheté à Ermengarde le demi-arpent de mailleul que son défunt mari possédait près de la Devèze, au lieudit Toron, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le donne en fief à son nouveau mari Raimond Peyrer. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 221.

Notum sit cunctis quod, post illam venditionem, absolutionem et quitationem quam Aymengarda, uxor quondam Guillelmus de Rivallo, fecerat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Tholose et fratribus dicte domus, de toto illo medio aripento malolis, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt apud Devesiam, in loco vocato ad Toronnum, inter honorem Bernardi Aym et inter honorem Bartholomei de Pujada textoris, et tenet de medio rivo usque ad exitum ejusdem honoris, prout in carta dicte vendicionis quam[(a)] ego Raimundus Martini notarius infra scriptus eadem die ad faciendum inde cartam receperam mandamentum melius et plenius continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Petri Magistri, et fratris Bernardi de Gironda presbiterorum, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Bernardi Bengarii, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Garini qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro Raimundo Peyrerio viro dicte Aymengarde, et ejus ordinio, totum predictum medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu, sicud melius superius inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum, reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. obliarum. Et retroacapte pro quatuor d. tol., videlicet per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et fratribus dicte domus convenit et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro Raimundo Peyrerio, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et promisit dare et persolvere dictis dominis annuatim

in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XV die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo secundo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani notarius, et Guillelmus de Vineriis ressegator, et Rustannus Martinii dyaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Lire « de qua ».

223

25 juin 1292

Après avoir acquis de Pierre Jean d'Alzonne un arpent de vigne et un peu plus, situé à la Devèze, près de la clôture du jardin, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le lui rend en fief. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies pour l'arpent de vigne, et un denier de plus pour le surplus, et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 220.

Notum sit cunctis quod, post illam absolutionem et quitationem quam Petrus Johannes Alsona fecerat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, de toto illo aripento vinee, et de plure quod ibi est, quod totum est apud Devesiam, prout hec et alia in carta dicte absolutionis et quitationis quam Guillelmus Jordani inde scripsit continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis, videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis, et fratris Bernardi de Gironda, et fratris Petri Magistri presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, et fratris Senharonii, et fratris Garini, et fratris Raimundi de Biterris qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt etiam concesserunt, dedit ad feudum predicto Petro Johanni de Alsona, et ejus ordinio, totum illud aripentum vinee, et totum illud plus quacumque sit illud plus, cum terra in qua totum est et cum introitu et exitu, quod totum est apud Devesiam, inter parietem orti dicte Devesie, et inter honorem Raimundi de Marinhaco, et inter exitum ejusdem honoris, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod teneat semper ibi vineam condrictam et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori, vel ejus successoribus, et fratribus dicte domus pro predicto aripento dicte vinee sex sol. tol. bonorum obliarum, et pro dicto plure unum denarium tol. Et retroacapte pro toto honore octo d. tol., videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc

predictum feudum dicto feudotario Petro Johanni de Alsona, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Petrus Johannes recepit hec predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit, et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit sexta die exitus mensis junii regnante Philippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo secundo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Espera in Deo, et Perrotus de Marcilia, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

224

28 octobre 1292

Jean d'Astarac, lieutenant et procurateur de Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Ponce Prozet, notaire, avec l'accord de sa femme Alamande, à Arnaud de Saverdun, d'un mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers pour un montant de 20 sous. Jean d'Astarac récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Arnaud de Saverdun qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la* domus *des frères hospitaliers à Toulouse.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 222.

Notum sit, quod frater Johannes de Astaraco locum tenens et procurator ut dixit fratris Petri de Florenquis preceptoris domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose nomine quo supra laudavit et per bonam et firmam habuit et tenuit illam venditionis quam Poncius Prozeti notarius consilio Alamande uxor sue fecerat et concesserat Arnaldo de Savarduno, de toto illo malole quartanerio qui est ultra Yrcium inter honorem Arnaldi Vitalis burcellarii ex una parte et honorem dicti Arnaldi de Savarduno ex altera parte et tenet de exitu communi usque ad carrariam publicam, in precio et nomine precii XX sol. thol. ad totum. De qua venditione ego notarius infrascriptus mandamentum receperam ad faciendum inde cartam. Qui predictus dominus nomine quo supra recuperato feodo a predicto venditore pro suis pax, quos inde recognovit habuisse, laudavit et dedit ad feodum predicto Arnaldo de Savarduno emptori et ejus ordinio totam vineam supradictam cum loquo in quo est ut superius adjacentiatur.

Tali pacto dedit ei ad feodum ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde fratribus dicti hospitalis et portari faciat ad suam missionem infra eorum domum in Tholosa, quartum totius vindemie quod inde exierit bona fide. Et ibi non habet retroacapite. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feodo fide inde habeat et IIII^{or} d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius nec suis ordinium non debet predictum honorem dare ad super feodum nec aliter a se alienare cur dominus perdat inde suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictus feodotarius predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio domini vel preceptoris dicti loci et reddat inde ei de uno quoque sol. venditionis I denarium et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Insuper predictus frater Johannes nomine quo supra promisit et convenit predicto feodotario Arnaldo de Savarduno et ejus heredibus et ordinio esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Actum fuit hoc IIII die exitus octobris, regnante Philipo rege francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus rei sunt testes Petrus Furnerii junior ortolanus, et Guillelmus de Fraxino, et Arnaldus Rubei publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

225

Novembre 1292

Jean, procurateur de la maison hospitalière de Toulouse, approuve la vente faite par Guillaume Gant, fabricant de frein, à Bertrand Clavelier d'un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans les quartiers de l'Hôpital. Bertrand Clavelier devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse et la dîme due pour cet honneur.*

A. Original perdu.

B. Copie notariée, du 15 juillet 1293, établie par Raimond des Casaux, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 223, paragraphe B.

Notum sit quod frater Johannes, procurator domus hospitalis Sancti Johannis in Tholosa, sua sponte habuit et tenuit per bonam et firmam totam illam venditionem quam Guillelmus Ganta frenerius fecerat Bertrando Clavellerio de toto illo medio aripento malolis cartanerio quod est ultra Ircium in cartis hospitalis Sancti Johannis, prout in carta illius vende quam ego notarius infrascriptus inde scripseram continetur. Et illam eandem venditionem dictus frater Johannes pro se et pro domino preceptore domus dicti hospitalis et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris aprobavit et confirmavit prout in instrumento continetur, et promisit bonam et firmam guirenciam facere et portare dicto emptori Bertrando Clavellerio et suo ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, pro suis pax quas se recognovit inde habuisse.

Tali pacto concessit et confirmavit dictam venditionem dicto Bertrando Clavellerio et suo ordinio ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat et portet quartum totius vindemie que inde exierit fideliter ad domum dicti hospitalis in Tolosa, et decima detur in eodem honore. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant et quatuor d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad feodum nec ullo alio modo a se alienare pro quo domino possit inde perdere suos pax nec aliquid sue dominationis, nec debet illum honorem vendere, nec inpignorare militi, clerico nec domui religionis. Sed si aliis personis dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat consilio dominorum autem domini preceptoris, cui reddat de quoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol. pignoris I obolum. Et si dictus preceptor aut dicti fratres predictum honorem retinere voluerint quod possint illum habere pro illo precio quod aliter ibi dare voluerit. Et iste predictus honor debet custodiri pro custodia Tolose.

Hoc fuit factum XV die exitus mensis julii regnante Phylippo rege Francorum et Bertrando episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXX° tercio.

Hujus rei sunt testes Johannes Signarius juvenis, et Guillelmus Petri de Lissacco frenerius, et Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

Et hoc translatum transtulit Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius ex quadam carta quam Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius scripserat eisdem verbis

et rationibus, mense novembris, regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Raimundus Carabordas et Raimundus de Fraxino publici Tholose notarii et idem Raimundus de Casalibus qui hec scripsit.

Ego Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius subscripsit. Et Raimundus de Fraxino publicus Tholose notarius scripsit.

226

Novembre 1292

*Pétrone, femme de Guillaume Gant, renonce à tous les droits dotaux qu'elle pourrait avoir sur le fief vendu par son mari à Bertrand Clavelier (*cf *acte n°225).*

A. Original perdu.

B. Copie notariée, du 15 juillet 1293, établie par Raimond des Casaux, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 223, paragraphe C.

Notum sit quod Petrona, uxor Guillelmi Ganta frenerii, sua sponte habuit et tenuit per bonam et firmam totam illam venditionem quam predictus Guillelmus Ganta maritus suis fecerat Bertrando Clavellerio de toto illo medio aripento malolis cartanerii quod est ultra Yrcium in cartis hospitalis Sancti Johanis juxta honorem Raimundi de Castronovo et honorem Arnaldi de Pulcro loco, et tenet de cartis domini episcopi usque ad exitum prout in carta illius vende quam ego notarius infrascriptus inde scripseram continetur. Et si ipsa Petrona aliquod jus vel aliquam rationem habebat vel habere debebat in predicto malole vendito ratione dotis vel donationis propter nuptias, vel ullo alio modo quicquid esset vel esse posset, dedit, solvit et quitavit donatione pura simplici inter vivos dicto emptori Betrando Clavellerio et suo ordinio. Et promisit dicto emptori et suo ordinio bona guirens semper exire de se ipsa et omnibus aliis petitoribus ex suis partibus. Et renunciavit super hiis ipsa mulier exceptioni doli et privilegio dotis, et exceptioni minoris etatis, et omni alii juri canonico et civili, et omni denique rationi occasioni et facto que contra predicta venire poset, in solidum vel in parte.

Preterea dicta Petrona hec omnia universa et singula super Sancta Dei envangelia tacta corporaliter ab eodem juravit tenere et servire, asserens se esse minor viginti quinque annorum sub virtute prestiti juramenti.

Hoc fuit factum quindecimo die exitus mensis junii, regnante Phylippo rege Francorum et Bertrando episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC°LXXX° tercio.

Hujus rei sunt testes Johannes Signarius juvenis et Guillelmus Jordanus notarius Tholose publicus et Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

Hoc translatum transtulit Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius ex quadam carta quam Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius scripserat eisdem verbis et rationibus mense novembris regnante Phylippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CC° nonagesimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Raimundus Carabordas et Raimundus de Fraxino publici Tholose notarii et idem Raimundus de Casalibus hec scripsit.

Ego Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius subscripsi. Et Raimundus de Fraxino publicus Tholose notarius subscripsit.

227

Décembre 1292

Pierre de Florence, commandeur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Guillaume Pierre de Lissac à Guillaume Gant, bourrelier, d'un demi-arpent de vigne situé au-delà de l'Hers dans les quartiers des Hospitaliers. Guillaume Gant devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse et la dîme due pour cet honneur (*cf. *acte n°130*).

A. Original perdu.

B. Copie notariée, du 15 juillet 1293, établie par Raimond des Casaux, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 155, paragraphe A.

Notum sit quod frater Petrus Florent comendator domus hospitalis Sancti Johannis in Tholosa, pro se et omnibus fratribus et habitatoribus dicti hospitalis presentibus et futuris, sua sponte habuit et tenuit per bonam et firmam totam illam venditionem quam Guillelmus Petri de Lissacco fecerat Guillelmo Ganta frenerio de toto illo medio aripento vinee cartanerie, et de plure si ibi est, quod est ultra Ycium in cartis dicti hospitalis, prout in carta illius vende quam ego notarius infrascriptus inde receperam continetur, et illam eandem venditionem approbavit et confirmavit prout in dicto instrumento continetur, et promisit et convenit dicto Guillelmo Ganta frenerio, et suo ordinio, bonam et firmam guirenciam, facere de omnibus amparatoribus ex parte dominationis et hoc pro suis pax quos se recognovit inde habuisse.

Tali pacto ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat inde ei et dictis fratribus dicti hospitalis quartum tocius vindemie, que inde exierit, et portet inde dictum quartum tocius predicte vindemie ad eorum domum in Tholosa sine omni eorum missione, et decima detur in eodem honore. Et de clamore hujus feodi fide inde habeat domini, et quatuor d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius, nec ejus ordinium, non debet predictum honorem dare ad feodum, nec ullo alio modo a se alienare pro quo dominus possit inde perdere suos pax, nec aliquid sue dominationis. Sed si aliis personis dictum honorem vendere vel inpignorare voluit, faciat consilio domini comendatoris aut fratrum dicti hospitalis excepte milite, clerico et domo religionis, et reddat eidem domino aut dictis fratribus de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris[(a)] unum obolum. Et si predictus comendator aut dicti fratres voluerint dictum honorem retinere, quod possint illum habere pro illo precio quod alter ibi dare voluerit. Et iste predictus honor debet custodire pro custodia Tholose.

Hoc fuit factum quindecimo die introitus mensis julii regnante Phylippo rege Francorum et Bertrando Tholosano episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°LXXX° tertio.

Hujus rei sunt testes frater Guillelmus de Monte Cero, et Bertrandus Clavellerius, et Guillelmus de Molas qui manet in carraria Sancti Remigii, et Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

Et hoc translatum transtulit Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius, ex quadam carta quam Raimundus Carabordis publicus Tholose notarius scripserat eisdem verbis et rationibus, mense decembris regnante Phylippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagessimo secundo.

Hujus facti translati sunt testes Raimundus Carabordas, et Raimundus de Fraxino publici Tholose notarii, et idem Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius qui hec scripsit.

Ego Raimundus Carabordas publicus Tholose notarius subscripsit. et Raimundus de Fraxino publicus Tholose notarius subscripsit.

(a) Copié deux fois dans le texte.

228

25 janvier 1294

Après avoir acquis un casal et la moitié d'une maison située près de la Devèze, de Pierre-Jean Auzelle, habitant du même lieu, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le lui rend à nouveau fief. Celui-ci devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 226.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Petrus Johannes Auzelli, qui moratur apud Devesiam, sponte sua et gratuita voluntate pro se et ejus ordinio absolvit et in perpetuum quitavit domino frater Petro Florencii preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose ibidem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus, stipulanti et recipienti totum illud jus quod habebat, vel habere debebat ratione emptionis, infeodationis nec aliter ullo modo in toto illo casali et medietate domus cum hedificis et bastimentis, ibi existentibus et pertinentibus, quod totum est apud Devesiam, inter honorem heredum Raimundi Auzelli, fratris dicti Petri Johannis quondam, ex parte una, et honorem Guillelmus de Villa nova ex parte altera, et tenet de carraria comuni, qua tenditur versus Sanctum Martinium de Bovilla, usque ad medium Revilho, ad omnes voluntates dicti domini preceptoris, et successorum ejus et fratrum dicte domus inde faciendas, sine retentu aliquo quem ibi dictus Petrus Johannes non fecit, nec retinuit ullo modo, immo mandavit et promisit esse guirens inde eidem domino preceptori nomine quo supra de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris de consilio tamen et expresso assensu quorumdam dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii dicte domus, fratris Raimundi Aycardi, fratris Raimundi Senheronis, fratris Aymerici de ecclesia, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, dedit ad novum feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit dicto Petro Johanni, et ejus ordinio, totum predictum casale, cum predicta medietate domus, cum loco in quo est et cum omnibus hedificiis et bastimentis ibi existentibus et pertinentibus et cum introitibus et exitibus suis, prout inter adjascencias includitur supradictas.

Tali pacto, ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori dicte domus et fratribus et habitatoribus ejusdem decem et octo d. tol. oblias. Et quatuor d. tol. reacapte quando evenerit, per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide heabeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius, nec ejus ordinium, non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare pro quo domini possint inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere, vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus et habeant de unoquoque sol. vende I denarium, et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Hoc fuit factum VII° die exitus mensis janearii, regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°XC° tercio.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Requis Alsenerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

229

25 janvier 1294

Après avoir acquis un casal et la moitié d'une maison située près de la Devèze, de Bonne, veuve de Raimond Auzelle et tutrice de leurs enfants, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, les lui baille à nouveau fief. Elle devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 227.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Bona, uxor quondam Raimundi Auzelli, que moratur apud Devesiam tutrixque, ut asservit, Petri Johannis, Sclarmunde, Raimunde et Comdoris filii et filiarum ipsius Bone et dicti Raimundi Auzelli quondam tuterio nomine dictorum infantium, absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Petro Florencii preceptori ordinis hospitalis Sancti Johannis domus Tholose, ibidem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus, stipulanti et recipienti, totum illud jus quod habebat, vel habere debebat nomine quo supra in toto casali et medietate domus que ibi est, quod totum est apud Devesiam, inter honorem Petri Johannis Auzelli ex parte una, et carrariam qua tenditur versus fontem ex parte altera et tenet de carraria qua tenditur versus Sanctum Martinium de Bovilla, usque ad medium Revilho, ad omnes voluntates dicti domini preceptoris et successorum suorum et fratrum dicte domus inde faciendas sine rententu aliquo quam ibi dicta Bona nomine quo supra ibi non fecit, nec retinuit ullo modo, immo mandavit et promisit esse guirens nomine quo supra de se, et etiam de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis. Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris de consilio tamen et voluntate et expresso assensu quorumdam dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii dicte domus, fratris Raimundi Aycardi, fratris Raimundi Senheronis, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, dedit ad novum feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit dicte Bone, tutorio nomine dictorum infantium suorum, stipulanti et recipienti, totum predictum casale, et medietatem dicte domus cum omnibus hedificiis et bastimentis ibi existentibus, prout inter adjascencias includitur supradicta.

Tali pacto, ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat et reddere teneatur nomine quo supra preceptori et fratribus dicte domus decem et octo d. tol. oblias. Et quatuor d. tol. reacapte quando evenerit, per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide inde heabeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feodotaria pro predicto feodo nomine quo supra jure fuerit inculpata. Et predicta feodotaria nomine quo supra non debet hunc predictum feodum seu honorem dare ad superfeodum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare pro quo domini possint inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere, vel impignorare voluerit nomine quo supra, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus et habeant de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Hoc fuit factum VII° die exitus mensis janearii, regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno ab incarnatione domini M°CC°XC° tercio.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Requis Alsenerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

230

18 mai 1293

Après avoir acheté à Guilhem de Sorrèze un demi-arpent de vigne situé au-delà de l'Hers, dans les quartiers des Hospitaliers, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le donne en fief à Bernard-Raymond Bayle, notaire. Celui-ci devra livrer annuellement aux vendages à la domus *des frères hospitaliers le quart de sa récolte et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 224.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod incontinenti et inmediate, post illam venditionem, absolutionem et quitationem quam Guillelmus de Soricio de porta Ville Nove fecerat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, de toto illo medio aripento vinee, et de plure si ibi est et de terra in qua est et de introitu et exitu, que vinea esse dixerunt ultra Yrcium in quartis domus hospitalis Tholose, inter honorem Guillelmi de Podio Siurano, et inter honorem Arnaldi Izarni, et inter exitum, et inter carrariam publicam, quam quidem vineam tenebatur ad quartum, ab eodem domino preceptore nomine dicte domus hospitalis, cujus venditionis absolutionis et quitationis Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius scripserat instrumentum, post predicta omnia et singula et non obstantibus aliquibus in dicto instrumento venditionis, absolutionis et quitationis contentis, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis, videlicet fratris Johannis de Astaraco capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis, et fratris Bernardi de Gironda presbiterorum, et fratris Raimundi Aycardi, et fratris Garini, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Bernardo Raimundo Bajulo notario, et ejus ordinio, totum predictum medium aripentum vinee, et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, que vinea esse dixerunt ultra Yrcium, in quartis dicte domus hospitalis Tholose, inter honorem Guillelmi de Podio Siurano, et inter honorem Arnaldi Izarni, et inter exitum, et inter carrariam publicam.

Sub pacto quod annuatim in tempore vindemiarum reddat et defferat aut defferri faciat ad domum fratrum predicti hospitalis Sancti Johannis Tholose, et sine ipsorum fratrum et successorum eorumdem missione, quartum tocius vindemie que de dicta vinea exierit bene et fideliter bona fide. Et retroacapte II d. tol., videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si predictum medium aripentum vinee superius adjacenciatam, in toto vel in parte, vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit et firmiter promisit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Bernardo Raimundo Bajulo, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea predictus Bernardus Raimundus Bajulus receperit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit, et convenit et firmiter promisit reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in tempore vindemiarum predictum quartum tocius vindemie que de dicta vinea exierit et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Insuper predictus dominus frater Petrus Florencii preceptor antedictus nomine dicte domus hospitalis predicti recognovit et concessit se habuisse et recepisse vel alius nomine ipsius a predicto Bernardo Raimundo Bajulo ratione et nomine et causa infeudationis predicte viginti quinque sol. tol. bonorum in peccunia numerata, quos predictos XXV sol. tol. bonorum supradictus Bernardus Raimundi Bajulus de voluntate et expresso assensu dicti domini preceptoris et fratrum predictorum, tradiderat et persolverat Guillelmo Soricio supradicto, et hoc pro quadam venditione cujusdam medii aripenti vinee quam dictus Guillelmus de Soricio fecerat eidem domino preceptori, et fratribus dicti hospitalis Sancti Johannis Tholose, prout in carta dicte venditionis quam Guillelmus Jordani predictus publicus Tholose notarius, inde scripsit melius et plenius continetur, de quibis predictis XXV sol. tol. dictus Guillelmus de Soricio bene pro paccato se tenuit et contento. Renuncians inde dictus Guillelmus de Soricio exceptioni non numerate peccunie, nec habite, nec ei solute, et doli mali condictioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris auxilio quo juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliquod predictorum.

Hoc factum fuit cartadecima die exitus mensis madii, regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo tercio ab incarnation Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini notarius, et Bernardus Johannes aventurerius, et Guillelmus Jordani predictus publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

231

13 décembre 1293

Après avoir acheté à Pons Gausbert un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans les vieux quartiers des Hospitaliers, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le donne en fief à Bernard Forge de Vigoulet. Celui-ci devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 225.

Noverint universi quod, post illam venditionem quam Poncius Gausberti de porta Ville Nove fecerat domino frater Petro Florencii, preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, videlicet totius illius medium aripenti malolis, cum terra in qua est, quod esse dixerunt ultra Yrcium in quartis veteribus dicte domus, inter honorem Petri Raimundi Jaufredi ex parte una, et honorem Arnaldi Andree ex parte altera, et tenet de uno exitu usque ad aliud exitum, prout in carta ipsius venditionis eadem die confecta per manum mei notarii infra scripti melius et plenius continentur, dictus dominus preceptor, pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, de consilio tamen et voluntate et expresso assensu quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii dicte domus, fratris Rostanni presbiteri, fratris Raimundi Aycardi, fratris Raimundi Senheronis, fratris Johannis de Stacha bove dedit ad feodum novum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Bernardo Forga de Vigoleno, et ejus ordinio, totum predictum malole, cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, prout inter adjascencias includitur supradictas.

Tali pacto, ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat, et aportet, et reddere, et aportare teneatur ad predictam domum hospitalis Tholose, quartam partem totius fructus qui inde exierit sine preceptoris et fratrum dicte domus missione. Et quatuor d. tol. reacapte quando evenerit, per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo jure

fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius, nec ejus ordinium, non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum, nec dare, nec vendere, nec impignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere, vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus et habeant de unoquoque sol. vende I denarium, et de unoquoque sol. pignoris I obolum.

Hoc fuit factum XIII° die introitus mensis decembris, regnante Philipo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno ab incarnatione Domini M°CC°XC° tercio.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Jordani, et Raimundus Martini notarii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

232

11 septembre 1291

Jean d'Astarac, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Raimond de More*, avec l'accord de sa femme Raimonde, à Raimond Roux de Roques, d'un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers pour un montant de 10 sous. Jean d'Astarac récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Raimond Roux qui devra livrer tous les ans le cinquième de ses vendanges à la* domus *des frères hospitaliers et la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 229.

Notum sit cunctis quod Raimondus de More, consilio et voluntate Raimonde uxoris sue que omnia infrascripta sic fieri voluit, vendidit et justo titulo perfecte venditionis et irrevocabilis dedit, cessit, solvit, dimisit ac perpetuo dereliquit Raimondo Rubeo de Petra, ementi, pro se suisque heredibus, medium aripentum malolis et plus vel minus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quem esse dixerunt ultra Yrcium, inter honorem H. Martini, et honorem Petri de Vaqueriis et carrariam publicam, precio X sol. tol. quos ab eodem recognovit et concessit habuisse et recepisse, de quibus habuit et se tenuit pro bene paccato et contento. Et si dictum malole superius venditum, ad presens plus valet vel valebit in futurum preccio antedicto, illud plus quantumcujusque sit vel esse possit dictus venditor dedit dicto emptori et ejus ordinio, donatione pura inter vivos, exceptioni precii non habiti, nec recepti et ei non traditi, et fraudis et doli renunciavit. Quem malolem superius venditum, venditor predictus, se ipsius, emptore nomine, constituit possidere donec de eodem possetionem acceperit corporalem quam accipiendi et penes se retinendi eidem licensiam omni modam contulit atque dedit, jussu vel licensia judicis vel cujuslibet aliter jus minime requisite. De quo malole superius vendito, venditor predictus promisit firma stipulatione dicto emptori stipulanti, et guirens se facere, et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus, ex parte dominationis.

Item hec venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Johannis de Astaraco tesaurarii hospitalis Sancti Johannis tenentis loccum domini fratris Petri Florencii preceptoris dicti hospitalis, qui pro suis pax quos inde recognovit et concessit habuisse et recepisse, predictam venditionem, nomine quo supra de dicto malole superius adjacensiata, laudavit, et laudando ad feudum dedit dicto emptori et ejus ordinio totum malole superius adjacensiatum.

Tali pacto dedit ei hoc feudum et laudavit ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat et deferat fratribus dicti hospitalis infra domum ipsius hospitalis, quintum tocius vindemie et explecte que inde exierit fideliter, et decima detur in eodem feudo. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feudo fidem inde habeat dominus et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius et ejus ordinium non debet

predictum honorem dare ad feudum, nec aliter a se alienare ut dominus possit inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si alicui dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio domino, exceptis tamen milite et ejus filio[(a)] clerico et domo religionis et leprosis, et reddat inde ei de unoquoque sol venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum. Insuper dictus frater Johannes, nomine quo supra, promisit dicto emptori stipulanti esse guirens, nomine quo supra, de dicto malole superius adjacensiato de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Actum fuit hoc XI die introitus mensis septembris regnante Phylippo rege Francorum, Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXXXimo primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes, Poncius de Malborget, et Arnaldus Ramondi Quatuor et Poncius de Fonte publicus Tholose notarius qui cartam istam scipsit.

(a) Copié deux fois dans le texte.

233

12 septembre 1294

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Vital Garra *à Jean Bergonhon, habitant du faubourg des Frères pénitents, de la totalité d'une vigne située à la Devèze dans le clos de la Médiane. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Jean Bergonhon qui devra cultiver cette vigne et livrer tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers deux sous et trois deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 230, paragraphe A.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, pro se et successoribus suis, et fratribus dicte domus, audita et intellecta illa venditione quam Vitalis Garra fecerat Johanni Bergonhono de tota illa vinea que est apud Devesia, in clausu de Mediana, inter honorem Petri de Lapeu, et inter honorem Raimundi Izarni, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et inter exitum, prout melius et plenius in carta predicte venditionis quam Poncius de Fonte publicus Tholose notarius, ut ibi dictum fuit, scripsit melius et plenius continetur, supradictus dominus preceptor, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, recuperato feudo a predicto venditore, et pro pax quos inde habuit, laudavit ad feudum ac etiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire convenit supradicto Johanni Bergonhono de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totam predictam vineam cum terra in qua est et cum introitu et exitu, sic melius et plenius inter adjacentias includitur supradictas.

Tali vero pacto laudavit ei hoc feudum ut teneat ibi semper vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde eidem domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus, duos sol. et tres d. tol. oblias. Et IIII d. tol. retroacapte videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suorum dominationum. Sed si illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol. pignoris I obolum.

Hoc factum fuit XII die introitus mensis septembris regnante Phylippo Francorum rege et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Capencs, et Guillelmus Tholsani magister de fusta, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

234

12 septembre 1294

Olive, héritière de Vital Garra*, renonce à tous les droits qu'elle pourrait avoir sur le fief vendu par son aïeul à Jean Bergonhon (*cf *acte n°233).*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 230, paragraphe B.

Notum sit cunctis quod Oliva heres ut ibi dictum fuit testamenti Vitalis Garre, uti heres, solvit et in perpetuum quitavit Johanni Bergonhono et ejus ordino totum illud jus, rationem et partem quod et quam ipsa Oliva habebat vel habere debebat vel ei pertinebat vel pertinere debebat in tota illa vinea que quondam fuit dicti Vitalis Garre — que vinea est apud devesiam in clausu mediane, inter honorem Petri de Lapeu [et] inter honorem Raimundi Izarni et inter honorem Aldrici de Prinhaco et inter exitum ejusdem honoris — sine aliquo reten[tu] quod ibi dicta Oliva non fecit ullo modo. Immo debet et convenit et firma stipulatione promisit, sub ypoteca et obligatione omni bonorum suorum presentium et futurorum, esse inde guirens, et facere et portare bonam et firmam guirenciam supradicto Johanni Bergonhono et ejus ordinio de omni petitione que pro ipsa vel per ipsam vel ei, ejus partibus pro predicta vinea ei fieret vel fieri posset aliquatenus in futurum.

Renuncians inde dicta Oliva exceptioni dicte absolutionis et quitationis ei non facere et doli mali condictioni sine causa, et in factum actioni, et omni alii juris auxilio quo juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliquod predictorum.

Hoc factum fuit XII die introitus mensis septembris regnante Philippo Francorum rege et Hugone Tholosa[no episcopo] anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Carpencs, et Guillelmus Tholosani, magister de fusta, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit. Cum quadam suprascriptione que est in ultima linea continente Jordani.

235

22 septembre 1294

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne nouvellement plantée située à la Devèze, au lieudit de Belloc, à Vitale, femme d'Arnaud Thomas. Elle devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 231 et 232.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus,

fratris Rostanni Martini presbiteri, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, fratris Raimundi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Vitalie uxore Arnaldi Thome, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum planterii, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod est apud Devesiam in loco vocato ad Pulcrum Locum, inter honorem Raimundi Catalani, et inter honorem Jachobi Tornerii, et inter honorem Auzellorum, et feudum Guillelmi Arnaldi legiste.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XVIII d. tol obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarie. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotaria juste inculpatur, et predicta feudotaria nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predicta feudotaria recepit predictum feudum a predicto domino preceptori et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere dictas oblias quoque anno in dicto festo et alias uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VIIII die exitus mensis septembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Fuxo faber, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

236

26 octobre 1294

Bernard de Gironde, chapelain et frère de la maison hospitalière de Toulouse, lieutenant de Pierre de Florence le précepteur, loue et approuve la vente faite par Durand Etienne à Bartholomé Dubois, vivant dans le faubourg de Saint-Sauveur, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé dans le lieudit de la Côte des Hospitaliers. Bernard de Gironde récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Bartholomé Dubois qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendages à la* domus *des frères hospitaliers et toutes les autres redevances dues pour ce fief dans la charte d'inféodation de celui-ci.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 233.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod frater Bernardus de Gironda capellanus et frater domus hospitalis Jherusalem Tholose, tenensque locum ut dixit domini fratris Petri Florencii preceptor domus predicte visa et intellecta illam venditionem quam Durandus Stephani, pro se et Ferrando ejus filio, fecerat Bartholomeo de Bosco qui moratur in barrio Sancti Salvatoris et ejus ordinio, de toto illo medio aripento malolis quartanerio, et de plure si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt in loco vulgariter vocato ad Costam de hospitale, inter honorem heredum Raimundi Tornerii notarii et quartis Aldrici de Prinhaco, et honorem Jacobi de Provincia et exitum comunem, de qua venditionem ego notarius infrascripto cartam scripseram pro suis pax quod inde recognovit habuisse et recepisse, laudavit et dedit ad feodum predicto Bartholomeo de Bosco et ejus ordinio predictum medium aripentum

malholem quartanarium, cum terra in qua est, et plus si ibi est, et cum introitu et exitu, prout superius melius adjacentiatur et etiam de omnibus viventibus et amparatoribus ex parte dominationis guirire promisit et convenit predicto Bartholomeo de Bosco et ejus ordinio.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum quod quoque anno in tempore vindemiarum reddat preceptori domus predicte et ejus successoribus quartum totius vindemie bene et fideliter portatum ad domum predictam absque omni missione dicti preceptori et ejus successorum et alias pertinentes dominationes uti in cartis feodi continentur.

Factum fuit hoc septimo die exitus mensis octobris, regnante Phylippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC°LXXXX° quarto incarnationis Domini.

Hujus rei sunt testes Bernardus Guillelmi pictor et Raimundus Martini notarius et Arnaldus Radulphy publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

237

21 novembre 1294

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief un demi-arpent de mailleul, situé près de la Devèze, à Bartholomé de Gomayraco. Il devra donner annuellement aux frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 234.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor [domus hospitalis] Sancti Johanni Tholose, pro se et successoribus suis, et pro omnibus fratribus et habitatoribus ejusdem domus presentibus [et] futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini presbiteri, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, fratris Raimundi Ecclesie, fratris Bernardi Berengarii, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt, et concesserunt, vendidit et dedit ad feudum Bartholomeo de Gomayraco, ibidem presenti et recipienti et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis et plus si ibi est cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quod esse dixerunt propre Devesiam, inter honorem Petri Rogerii, et inter honorem Bernardi Furnerii, et inter honorem Raimundi Gyfredi.

Et hanc venditionem et infeudationem fecit [ipse] dominus preceptor supradicto feudotario Bartholomeo de Gomayraco et ejus ordinio, precio et nomine […] tol. bonorum, quod precium dictus dominus preceptor recognovit […] bona pecunia numerata de quoquidem precio, idem dominus p[receptor … Re]nuncians inde idem dominus preceptor exceptioni precii predictum non habiti et pecu[nie… non re]cepte doli mali condictioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris auxilio quo juvari [vel tueri se posset contra] predicta vel aliquod predictorum.

Tali pacto vendidit et dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Om[nium Sanctorum reddat] inde preceptori et fratribus dicte domus hospitalis Tholose duos sol. obliarum. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad super feudum nec dare nec vendere nec inpignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum, sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio

dominorum, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris, unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor pre[dictus], pro se et pro omnibus fratribus dicte domus convenit et promisit guirire totum predictum feudum dicto feud[otario et] ejus ordinio de omnibus amparatoribus. Preterea supradictus feudotarius recepit predictum feudum a pred[icto preceptore] et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit et promisit dare et per[solvere dictis dominis] annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predicta oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum X die exitus mensis novembris, regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Grimaudi parator et Petrus Bernardi de Castanhaco sartor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

238

1er janvier 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé près de la Devèze à Guillaume Raimond de Nalpaysh *de la porte Villeneuve. Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 236.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Raimundo de n'Alpaysh de porta Ville Nove, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt prope Devesiam, inter honorem Guillelmus Tortora, et inter honorem Jachobi de Aragone, et carreriam publicam et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIIIor d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIIIor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, convenit et promisit guirire, totum predictum feudum dicto feudotario Guillelmo Raimundo et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptori et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et

mandavit et promisit dare et persolvere quoque anno in dicto festo dicti dominis predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Guillelmus Jordani notarius et Bernardus Laurencii diaconus, et Arnaldus Raimundi de Campaner, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

239

9 janvier 1295

Après avoir acheté un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Pierre Arnaud Catalan et Raimond Catalan, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le donne en fief à Pierre Delpech, tisserand de la rue Fourbastard. Il s'engage à y maintenir une vigne et devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 36 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 235.

Notum sit cunctis quod, post illam venditionem absolutionem et quitationem quam Petrus Arnaldi Catalani, filius quondam Poncii Arnaldi Catalani, et Raimundus Catalani fecerant et concesserant domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et fratribus ejusdem domus, videlicet de toto illo medio aripento terre, cum introytu et exitu que est prope Devesiam, inter honorem Bernardi Guillelmi Talhaborg, et inter honorem Aldrici de Prinhaco, et tenet de honore Guillelmi Hospitalerii usque ad carreriam publicam, prout hec omnia et singula in carta dicte absolutionis et quitationis quam ego Raimundus Martini publicus Tholose notarius inde scripsi melius et plenius continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et pro omnibus fratribus et habitatoribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Petro de Podio textori de carreria Furni Bastardi, et ejus ordinio, totum predictum medium aripentum terre, cum introytu et exitu, prout melius superius adjacentiatur.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde eis tres sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis, convenit et promisit guirire, totum predictum feudum dicto feudotario Petro de Podio et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptori et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus

supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere dictas oblias quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto, et ibi tenere semper vineam condrictam.

Hoc fuit factum VIIII die introytus mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus, et Arnaldus Thomas cynglerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

240

20 mars 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située à la Devèze, au lieudit du Toron, à Pierre Martin des Clos. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 228.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Jherusalem Tholose, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini presbiteri, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Bernardi Berengarii, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit et convenit, Petro Martino de Clotis, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre cum introytu et exitu, que est ad Devesiam in loco vocata ad Toronnum, inter honorem Gyrardi Bergonhoni, et inter honorem Bernardi de Vauro et tenet de prato Beneytorum de Balmario, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol obliarum. Et retrocapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptori et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis marcii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quarto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Raimundi de Campo Aynerio, et Poncius Magoti brasserii, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

241

12 avril 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé à la Devèze à Pierre Macip de Faulens. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses récoltes et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 206.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum [ejusdem domus Raimun]di de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanii [...], fratris Bernardi de Bono[... ...], fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri qui hoc totum ut subsequitur [ita fieri voluerunt] et concesserunt, dedit ad feudum Petro Mancipio de Faulenquis, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolem [cum terra in qua] est, et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Sybilie uxoris quondam Guillelmi de [..., et inter hono]rem Petri Fortis, et exitum et carrariam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in tempore [vindemiarum reddat et deferat et reddere] seu deferre faciat in domo dicti hospitalis Tholose, quartam partem totius vindemie que inde exierit bene et fideliter [bona] fide sine missione fratrum ipsius domus. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus convenit et promisit guirire totum predictum feudum dicto feudotario Petro Mancipio de Faulenquis, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dictus feudotarius Petrus Mancipii recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus antedictis.

Hoc [fuit] factum XII die introitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesim[o … ab][(a)] incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus, et Poncius de Fonte notarius, et Petrus Guillel[mi …], et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) L'acte est postérieur à la prise de poste de Bernard de Gironde comme trésorier de la commanderie de Toulouse en 1293. Il est antérieur à la mort de l'évêque Hugues en 1296. Finalement, les témoins et le personnel hospitalier correspondent parfaitement aux autres actes du lotissement de 1295.

242

12 avril 1295

Après avoir acheté un arpent de mailleul situé près de la Devèze à Sibille, femme de feu Guillaume Garanha, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, lui donne à fief un demi-arpent de ce même mailleul. Elle devra livrer tous les ans aux vendages à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses récoltes et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 237.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod, post illam venditionem, absolutionem et quitationem quam Sibilia, uxor quondam Guillelmi de Garanhaga, fecerat et concesserat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et fratribus dicte domus, videlicet de toto illo aripento malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu quod esse dixit apud Devesiam, inter honorem Petri Fortis, et inter honorem Johannis Anglici, et tenet de exitu usque ad carreriam publicam, prout in carta dicte venditionis absolutionis et quitationis, quam ego, Raimundus Martini publicus Tholose notarius, inde scripsi melius et plenius continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum supradicte Sybilie, et ejus ordinio, medium aripentum totius predicti malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu, prout melius est inter honorem Johannis Anglesii, et inter honorem Petri Mancipii de Faulenquis, et exitum, et carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, ut quoque anno in tempore vindemiarum, reddat seu defferre faciat in domo dicti hospitalis Tholose sine missione ipsorum fratrum, quartam partem totius vindemie, que inde exierit bene et fideliter bona fide. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotaria juste inculpatur, et dicta feudotaria nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et fratribus dicte domus, convenit et promisit guirire, totum predictum feudum dicte feudotarie, et ejus ordinio, de omnibus amparatoribus. Preterea dicta Sibilia recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit dictis dominis facere et servire dictis dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die introitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus, et Poncius de Fonte notarius, et Guillelmus Burssellarius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

243

1er mai 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Guillaume Hugues un demi-arpent de terre à maintenir en vigne et une bande de terre de quatre palmas

de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers. Il devra annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 238.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Guillelmo Hugoni, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum cum introytu et exitu, et ultra hoc quatuor palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum dicte domus, quod totum est apud Devesiam, inter honorem Johannis Hugonis, et inter honorem Guillelmi Amelii textoris, et tenet de via dicti nemoris que se tenet cum dicto vallato usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et dictus feudotarius recepit predictum feudum a domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et convenit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis madii regnum Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus et Guillelmus Amelii textor, et Guillelmus Aym, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

244

1er mai 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Jean Hugues un demi-arpent de terre à maintenir en vigne et une bande de terre de quatre palmas *de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers. Il devra annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 239.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et

habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Johanni Hugoni, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum cum introytu et exitu, et ultra hoc quatuor palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum dicte domus, quod totum est apud Devesiam, inter honorem ipsius Johannis Hugonis, et inter honorem Guillelmi Hugoni fratris sui, et tenet de via dicti nemoris, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum, quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. bonorum obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis madii regnum Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus et Guillelmus Amelii textor, et Guillelmus Aym, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

245

1er mai 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Guillaume Amiel un demi-arpent de terre à maintenir en vigne et une bande de terre de quatre palmas *de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers. Il devra annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 240.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et [h]abitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum Guillelmo Amelio textori, et ejus ordinio, et etiam de omnibus amparatoribus guirere convenit et promisit, totum illud medium aripentum terre, cum introytu et exitu, et ultra hoc IIII^{or} palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum dicte domus, quod totum est apud

Devesiam, inter honorem Guillelmi Hugonis, et inter honorem Guillelmi Aym, et tenet de via dicti nemoris usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum et semper teneat ibi vineam condrictam. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit totum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis madii regnum Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus et Johannes Hugo, et Guillelmus Aym, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

246

1er mai 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Guillaume Aym un demi-arpent de terre à maintenir en vigne et une bande de terre de quatre palmas *de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers. Il devra annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant. De plus, il devra y creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 241.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Guillelmo Aym de porta Nova, et ejus ordinium, totum illud medium aripentum terre, cum introitu et exitu, et ultra hoc IIII^{or} palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum Devesie, et est totum inter honorem Guillelmi Amelii textoris, et terram dicte domus, et tenet de carreria que se tenet cum dicto bosco et cum dicto vallato usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut in uno quoque anno, in festo Omnium Sanctorum, reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum,

nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum prima die mensis madii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Andreas Gaufredi clericus et Guillelmus Amelii textor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

247

12 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Pons Barrau de la porte Neuve une mezalhade de terre située et une bande de terre de quatre palmes de large pour y creuser un fossé près de la Devèze. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 255.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Poncio Barravo de Porta nova, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introytu et exitu, et ultra quatuor palmos ad faciendum ibi vallatum, quod totum est apud Devesiam, inter honorem Guillelmi Aym, et inter honorem Raimundi Geraldi, et tenet de via que se tenet cum dictum vallatum, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum. Et retrocapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et

persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die introytus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Borrelli, et Vitalis Aldrici mercator, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

248

12 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Raymond Gascon de la porte Neuve une mezalhade de terre et une bande de terre de quatre palmes de large pour y creuser un fossé du côté du bois de la Devèze. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 256.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo Vasconi de porta Nova, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introytu et exitu, que est apud Devesiam, et ultra IIII^{or} palmos ad faciendum ibi vallatum versus boscum Devesie, quod totum est inter honorem Alberti de Savoya, et inter honorem dicti Hospitalis, et tenet de via, que se tenet cum dicto vallato, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum et quod teneat ibi vineam condrictam. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Borrelli, et Vitalis Aldrici mercator, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

249

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Arnaud Catalan du faubourg des Frères pénitents un demi-arpent et dix escats de terre à maintenir en vigne et une bande de terre de quatre palmes de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers, à la Devèze. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et trois pogès d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 242 et 243.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus,fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Arnaldo Catalani de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum et X escax terre et ultra hoc IIII^{or} palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum Devesie, quod totum est apud Devesiam, inter honorem Stephani Viguerii, et inter honorem Raimundi Vasconis, et tenet de carreria que se tenet cum dicto vallato, usque ad exitum ejusdem honoris quod habet unum perjonem de amplo.

Tali pacto dedit ei hoc feudum et quod teneat semper ibi vineam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. et tres pogesios tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et dictus feudotarius recepit dictum predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnum Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luco, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

250

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Barthélémy Rispaud de la porte Neuve un demi-arpent de terre à maintenir en vigne et une bande de terre

de quatre palmes de large pour creuser un fossé, le long du bois des Hospitaliers, à la Devèze. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 244 et 245.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Bartholomeo Rispaudo de porta Nova, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introytu et exitu quod est apud Devesiam, et ultra hoc IIII^{or} palmas ad faciendum ibi vallatum versus boscum Devesie, et est totum inter honorem Arnaldi de Gibello ex una parte, et inter via dicti nemoris, et tenet de carreria publica usque ad exitum ejusdem honoris, quod debet habere VIII° palmos de amplo.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Lucco notarius curie domini vicarii Tholose, et Arnaldus de Gibello brasserius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

251

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre avec un accès large de huit palmes de large situé près de la Devèze à Arnaud Gibel. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 246.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Arnaldo de Gibello, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introytu et exitu, quod est apud Devesiam, inter honorem Bartholomei Rippaudi, et inter honorem Guillelmi de Fonte et tenet de carreria publica usque ad exitum ejusdem honoris, quod habet VIII° palmos de amplo.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Lucco notarius curie domini vicarii Tholose, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

252

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre, avec un accès de huit palmes de large, situé près de la Devèze à Guillaume Lafont. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 247.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Guillelmo de Fonte, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum

introytu et exitu, quod est apud Devesiam, inter honorem Arnaldi de Gibello, et inter honorem Raimundi de Fonte, et tenet de honore Aldrici de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris, quod habet VIII° palmos.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luco, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

253

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre avec un accès de huit palmes de large situé près de la Devèze à Raimond Lafont. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 248.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo de Fonte, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introytu et exitu, quod est apud Devesiam, inter honorem Guillelmi de Fonte, et inter honorem Raimundi Vinguerii, et tenet de honore Aldrici de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris, quod habet octo palmos.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec

domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et dictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luco, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

254

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Raimond Viguier. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 249.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo Viguerio, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum exitu et introytu, quod est apud Devesiam, inter honorem Raimundi de Fonte et inter honore Petri Poncii, et tenet de honore Aldrici de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo rege Francorum, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luco, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

255

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située près de la Devèze à Pierre Pons. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 250.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Petro Poncio, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum exitu et introytu, que est apud Devesiam, inter honorem Raimundi Vigueri, et inter honorem Raimundi Arnaldi, et tenet de honore Aldrici et Petri de Prinhaco, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Luto, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

256

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre, avec un accès de huit palmes de large, situés près de la Devèze à Raimond Arnaud, fils de Bernard Merlin. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 251.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo Arnaldo, filio Bernardi Merlini, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre que est apud Devesiam, inter honorem Petri Poncii, et inter honorem Aldrici et Petri de Prinhaco ex duabus partibus, et exitum ejusdem honoris, quod habet IIII^{or} palmos.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et dictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

257

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées près de la Devèze à Guillaume Pons. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et trois deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 252.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit et convenit, Guillelmo Poncio, et ejus ordinio, illos tres pogesatos terre, cum introytu et exitu, que sunt apud Devesiam, inter honorem Petri Poncii, et inter honorem Petri Peyrerii, et exitum et tenent de honore Petri de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XVIII d. tol. obliarum. Et retrocapte III d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et dictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

258

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située près de la Devèze à Barthélémy Peyrer. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 254.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Bartholomeo Peyrerio, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introitu et exitu, que est apud Devesiam, inter honorem Petri

Peyrerii, et inter honorem Guillelmi Furnerii, et tenet de honore Petri de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vendicionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Lucco, et Guillelmus de Yshucio sartor, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

259

19 juin 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située près de la Devèze à Pierre Peyrer. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 253.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Petro Peyrerio, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introytu et exitu, que est apud Devesiam, inter honorem Bartholomei Peyrerii, et inter honorem Guillelmi Furnerii, et tenet de honore Petri de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duodecim d. tol. obliarum. Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde

perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis reddere et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XII die exitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Aymerici notarius, et Bernardus Laurencii de Cossaco diaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

260

25 juin et 8 juillet 1295

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Bertrand de Roquemaure à Arnaud de Saint-Félix, messager de la cour du viguier de Toulouse, d'un arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, pour un montant de 60 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Arnaud de Saint-Félix qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la* domus *des frères hospitaliers et la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 257.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Bertrandus de Rupemaura singlerius qui dixit se morati propre montem Aygonem gratis et spontanee per se suosque heredes vendidit et vendendo absolvit titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dereliquid et perpetuo quitavit et etiam de omnibus amparatoribus et petitoribus semper excepta parte dominationis guirire convenit Arnaldo de Sancto Felice nuntio curia domini vicarii Tholose ibidem presenti pro se suisque heredibus et ordinio sollempniter stipulanti et recipienti totum illum aripentum malole quartanerii, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introytu et exitu, — quem esse dixerunt propre Yrcium, inter honorem Arnaldi Craba textoris ex parte una et inter honorem Petri Fenasserii et tenet de […][(a)] usque ad carrariam publicam — ad habendum, tenendum possidendum, videlicet et explectandum et quicquid dicto emptori et ejus ordinio inde perpetuo placuerit faciendum. Hanc autem venditionem fecit et concessit dictus venditor eidem emptori et ejusdem ordinio pro precio et nomine precii sexaginta sol. tol. ad totum, quos ab eodem emptore integre in peccunia numerata habuisse et recepisse recognovit, de quibus habuit et tenuit se pro bene pacato et contento, exceptioni dicte peccunie non numerate, non habite, non tradite et etiam non recepte omnino renunciavit.

Renuncians nichilominus venditor predictus juri dicenti de recindenda venditione : « rem majoris precii », et illi legi que juvat illos qui ultra dimidiam justi precii sunt decepti et de inde omni alii juri canonico et civili, divino et humano et terre consuetudini, usui cum quo vel quibus contra predicta vel alique predictorum in solidum vel in parte juvare se posset in aliquo aut se defendere vel tueri. Si vero forte predictus honor superius venditus plus valet ad presens vel valebit in futurum precio antedicto, totum illud plus illamque magis valenciam quecumque sit et quantacumque ex causa et nomine venditionis predicte dictus venditor eidem emptori et ejus ordinio dedit et concessit donatione pura simplici ac irrevocabili inter vivos facta ad omnes voluntates ipsius emptoris ejusque ordinii inde perpetuo faciendas.

Renuncians inde dictus venditor juri dicenti donationem factam ex causa in gratitudinis posse revocari seu etiam anullari vel ex alia causa ; quod predictum honorem superius venditum venditor predictus constituit se nomine precario dicti emptore possidere donec idem emptor ipsius honoris venditi posessionem receperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi licenciam omnimodam dictus venditor eidem emptori et ejus ordinio deinceps concessit aliquo alio judice minime requirendo.

Et absolvit et reddidit feudum venditor predictus domino fratri Petro Florenci militi preceptori domus hospitalis Jherusalem Tholose et ejus successoribus et fratribus inde domino feudi memorati, ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio dictum feudum concederet et laudaret.

Quo facto et recuperato feudo a predicto venditore, predictus dominus preceptor pro se et dictus fratribus dicte domus pro suis pax quos inde habuit et ab eodem emptore laudavit et concessit dictam venditionem, et etiam de omnibus amparatoribus et petitoribus semper ex parte dominationis guirire convenit dicto emptori et ejus ordinio predictum aripentum malolis quartanerii, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introytu et exitu, pro[ut] superius melius et plenius inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto laudavit ei hoc feudum ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat et deferat predicto preceptori et fratribus dicti hospitalis ad dictum hospitale quartum totius vindemie et explecte que inde exierit bene et fideliter et detur decima in eodem feudo. Et si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feudo fidem inde habeat et quatuor d. tol. justiciam si feudatarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudatarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum feudum dare ad superfeudum nec alienare a se ut dominus possit inde perdere suos pax nec aliqui suarum dominationum, set si illum vendere voluerit aut inpignorare faciat hoc consilio dicti preceptore et fratrum dicti hospitalis qui habeat de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de unoquoque sol. pignoris unum obolum. Et dictus honor non debet vendi, nec dari, nec inpignorari militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, et predictus feudatarius recepit dictum feudum cum pactis et conditionibus supradictis.

Hoc fuit factum sexto die exitus mensis junii, excepto laudamento dicti preceptore quo fuit factum octavo die introytus mensis julii, regnante Phylippo Francorum rege, Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagessimo quinto, ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes [...] Beceda et Petrus Guillelmi olierii affactatores, excepto laudamendo dicti preceptori de quo sunt testes Jacobus de Villa Nova notarius et Petrus Aymerici et Raimundus Cani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Espace laissé blanc dans le texte.

261

8 juillet 1295

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Guillaume Bot à Bertrand de Roquemaure, d'un mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers dans les quartiers des Hospitaliers. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Bertrand de Roquemaure qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la* domus *des frères hospitaliers et la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 258.

Noverint universis presentes pariter et futuri quod dominus frater Petrus Florenci, miles, preceptor domus hospitalis Jherusalem Sancti Johannis Tholose, visa, audita et bene intellecta illa carta venditionis quam Guillelmus Bot fecerat et concesserat Bertrando de Roca Maura

singlerio de toto illo malole quem esse dixerunt ultra Yrcium in quartis dicte domus hospitalis, cujus venditionis Bernardus Raimundi Pesator publicus Tholose notarius scripsit cartam ut ibi dictum fuit, pro suis pax quos inde habuit ab eodem emptore de quibus se habuit et tenuit pro bene pacato et contento, dictam venditionem laudavit et concessit et etiam de omnibus amparatoribus et petitoribus semper ex parte dominationis guirire convenit eidem Bertrando et ejus ordinio totum predictum malolem cum terra in qua est, et cum introytu et exitu, prout includitur inter adjacentias.

Tali pacto laudavit et concessit dictus dominus preceptor pro se et fratribus et successoribus dicte domus hospitalis eidem Bertando et ejus ordinio hoc feudum ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat et deferat dictus feudotarius eidem domino preceptori et fratribus dicti hospitalis ad dictum hospitale quartum totius vindemie et explecte que inde exierit bene et fideliter, et detur decima in eodem feudo. Et si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feudo fidem inde habeat, et quatuor d. tol. justiciam si feudatarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum feudum dare ad superfeudum, nec vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec leprosis, nec aliter a se alienare cur domini possit inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum, set si vendere aut inpignorare voluerit faciat hoc consilio domini qui habeat inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de unoquoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum octavo die introytus mensis julii, regnante Phylippo Francorum rege, Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto, ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Martini notarius, Petri Aymerici et Jacobus de Villa Nova notarius Tholose, et Raimundus Cani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

262

24 août 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne situé près de la Devèze, dans les nouveaux quartiers des Hospitaliers, à Vital de Saint-Amand de la rue Raimond de Cucq. Il devra livrer annuellement aux vendages à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse le quart de sa récolte et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 259 et 260.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, consilio tamen et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Tholose, fratris Raimundi Fabri preceptoris eisdem domus hospitalis de Monte Claro, et fratris Raimundi Senharoni, et fratris Aymerici, et fratris Petri de Grassa, et fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Vitali de Sancto Amancio de carraria Raimundi de Cucco mercatoris, et ejus ordinio, totam illud medium aripentum vinee, et plus si ibi est cum terra in qua est et cum introitu et exitu, que vineam esse dixerunt apud Devesiam in cartis novis, inter honorem Raimundi Vitalis, et inter honorem Bernardi de Senlo, et inter exitum.

Sub pacto quod annuatim in tempore vindemiarum reddat et defferat aut defferri faciat eidem domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus apud Tholosam in domo ipsorum fratrum et absque omni ipsorum fratrum et successorum eorumdem missione,

quartum tocius vindemie que de dicta vinea exierit bene et fideliter, bona fide. Et retrocapte II d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et si clamore habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, quatuor d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Vitali de Sancto Amancio, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Vitalis de Sancto Amancio recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firmiter promisit reddere et traddere dictis dominis annuatim in tempore vindemiarum predictum quartum tocius vindemie que de terra vinea exierit, et omnia alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit VIII die exitus mensis augusti regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Arnaldi notarius publicus Tholose, Petrus Johannes de Villa Nova, servunerius, et Arnaldus Bigoti, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

263

8 septembre 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Raymond Géraud de la porte Neuve une mezalhade de terre et une bande de terre de quatre palmes de large pour y creuser un fossé du côté du bois de la Devèze. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 261.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus et habitatoribus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo Geraldo de porta Nova, et ejus ordinio, totam illam medallatam terre, cum introytu, que est apud Devesiam, et ultra hoc IIII^{or} palmos ad faciendum ibi vallatum versus boscum Devesie, et est totum inter honorem Poncii Barravi, et inter honorem Alberti de Savoya, et tenet de via que se tenet cum dicto vallato, usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat ibi vineam condrictam et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XII d. tol. obliarum.

Et retrocapte duos d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore feudi fide [sic] inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et predictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et convenit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum VIII die introitus mensis septembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus de Fonte et Guillelmus Furnerii, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

264

13 novembre 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Jacques de Foix du faubourg des Frères Pénitents un demi-arpent de terre situé près de la Devèze, avec un accès large d'un perjon. Il devra y tenir une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 262.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus et habitatoribus dicte domus, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Jachobo de Fuxo de barrio Penitentie, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introytu et exitu, quod est apud Devesiam, inter honorem Bernardi Vasconis, et inter honorem Bartholomei Peyrerii, et tenet de honore Petri de Prinhaco usque ad exitum ejusdem honoris, quod habet unum perjonem de amplo.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et idem feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XIII die introytus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt Guillelmus Furnerii, et Bernardus Merlini, et Bernardus Laurencii de Cosiaco diaconus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

265

27 novembre 1295

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Étienne Viguier du faubourg des Frères pénitents un demi-arpent et dix escats de terre situés près de la Devèze pour qu'il y tienne une vigne, et une bande de terre de quatre palmes pour y creuser un fossé. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et un denier d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 263 et 264.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Stephano Viguerio de barrio Penitentie, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum et X escax terre, cum introitu et exitu, et ultra hoc IIII^{or} palmos ad faciendum ibi vallatum, quod totum est apud Devesiam, inter honorem Arnaldi Catalani et exitum traverserium, et tenet de via que se tenet cum dicto vallato usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et I d tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de quoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et dictus feudotarius recepit dictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum IIII die exitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt Raimundus Borrelli, et Arnaldus de Gybello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

266

29 janvier 1296

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé près de la Devèze à Pierre de Saint-Martin de la porte Matabiau. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 265.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Senheronii, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Bernardi Berengarii, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum seu in emphiteosum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Petro de Sancto Martino de porta Mata Bovis, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis, cum terra in qua est, et cum introytu et exitu, quod est apud Devesiam, inter honorem Petri de Niort, et inter honorem Raimundi de Astaraco de Bovilla quondam et tenet de prato usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum III die exitus mensis januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo quinto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt Bernardus de Rixenda faber, et Arnaldus de Gibello, et Johannes Bascol, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

267

4 juin 1296

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de terre situé près de la Devèze à Arnaud de Saint-Félix, nonce à

la cour du viguier de Toulouse. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 266.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi de Bono Homine presbiterorum, fratris Raimundi Senheronii, fratris Raimundi Gontardi clavigeri, fratris Guillelmi Serrada, fratris Aymerici Ecclesie, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum seu in emphiteosim Arnaldo de Sancto Felicio nuncio curie domini vicarii Tholose, et ejus ordinio, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, totum illud aripentum et dimidium terre, cum introitu et exitu, que est propre Devesiam, inter honorem Petri de Sancto Martino ex una parte et pratum dicti hospitalis ex altera, et tenet de honore dicti Petri de Sancto Martino usque ad exitum comunem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. obliarum. Et retrocapte sex d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et idem feudotarius recepit dictum feudum a predicto domini preceptore, et fratribus, sub modis, et pactis, et conditionibus, supradictis et mandavit eis. Sub obligatione, omnium bonorum suorum, dare et persolvere, quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum, predictas oblias et alias dominationes, uti evenerint in futurum, pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum IIII^{or} die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt Hugo Cibar, et Arnaldus Mancipii fusterii, et Johannes de Astaraco clericus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

268

15 juin 1296

Après avoir obtenu d'Arnaud de Saint-Félix l'abandon formel d'un arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers près de la Devèze, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le lui donne en fief. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers six sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 267.

Notum sit cunctis quod, post illam absolutionem et quitationem quam Arnaldus de Sancto Felice nuncius curie domini vicarii Tholose fecerat et concesserat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et fratribus dicte

domus, videlicet de toto illo aripento malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quod esse dixerunt ultra Yrcium propre Devesiam, inter honorem Arnaldi Crape, et inter honorem Petri de Franca fenaceri, et honorem dictus hospitalis et exitum comunem, prout in carta dicte absolutionis et quitationis quam ego Raimundus Martini publicus Tholose notarius inde scipsi, melius et plenius, continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Boni Hominis presbiteri, fratris Bernardi Fabri, fratris Raimundi Gontardi, fratris Aymerici Ecclesie, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum seu in emphyteosim, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, supradicto Arnaldo de Sancto Felicio, et ejus ordinio, totum predictum malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu, prout melius adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus sex sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et idem feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum, pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XV die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° nonagesimo sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus Bajuli notarius, et Bernardus de Fuxo cultellerius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

269

15 juin 1296

Après avoir obtenu de Marquis, pâtissier de la place Montarzin, l'abandon formel d'un demi-arpent de mailleul situé près de la Devèze, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le lui donne en fief. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 268.

Notum sit cunctis quod, post illam absolutionem et quitationem quam Marquesius, paticerius de plano Montarzini fecerat et concesserat domino fratri Petro Florencio preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et fratribus dicte domus, videlicet de toto illo medio aripento malolis, et de plus si ibi est, quod est propre Devesiam, inter honorem Guillelmi Raimundi de n'Alpaish et inter carreriam publicam et exitum ejusdem honoris, prout in carta dicte absolutionis et quitationis quam ego Raimundus Martini publicus Tolose notarius inde scipsi, melius et plenius, continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor

predictus, pro se et successoribus suis et omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Bernardi Boni Hominis presbiteri, fratris Bernardi Fabri, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Guillelmi Serrada, fratris Raimundi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum seu in emphyteosim, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, supradicto Marquesio, et ejus ordinio, totum predictum medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, prout melius adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum, pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum XV die introitus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Vitalis textor, et Arnaldus Vitalis de Sancto Genesio, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

270

4 novembre 1296

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne nouvelle et un fossé de quatre palmes situés près de la Devèze à Géraud Rossel Bergonhan de la porte Neuve. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 270.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Raimundi Gontardi, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, fratris Bernardi Fabri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Gyrardo Rosselli Bergonhani de porta Nova, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum planterii et vallatum quod est ibidem quatuor palmorum, que totum est apud Devesiam, inter honorem Arnaldi de Gibello, et inter honorem dicti hospitalis, et tenet de carreria publica usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fide [sic] inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. vende I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum IIII die introitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus magister rasorerius, et Johannes de Astaraco clericus, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

271

31 novembre 1296

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Raimond Guillaume, forgeron, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers à Bernard de Carcassone, pour la somme de 11 sous et six deniers. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax, l'inféode à Bernard de Carcassonne qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus *des frères hospitaliers et 6 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 269.

Notum sit quod Raimundus Guillelmi faber, pro se et heredibus suis, vendidit justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis Bernardo de Carcasona et ejus ordinio totum illud medium aripentum malole cartanariam cum terra in qua est, et plus vel minus si ibi est, et cum introitu et exitu suo, et cum omnibus juribus et actionibus, ad dictum venditorem de jure vel de facto expectantibus — quem malolem esse dixerunt ultra Yrcium, inter honorem Johannis de Alta Rippa faber ex una parte et inter honorem Petri de Aulo et exitum — ad habendum, tenendum, possidendum et explectandum, et quicquid deinceps dicto emptori de dicto malole placuerit faciendum perpetuo, constituens se dictus venditor predictum malolem superius venditum nomine dicti emptoris possidere et tenere donec inde idem emptor de dicti malole possessionem acceperit et corporalem quam accipiendi et penes se retinendi propria sua auctoritate licenciam sibi omnimodam contulit atque dedit possessionem tradendo eidem emptori cum quodam instrumento firmitati dicti feudi supra venditi pertinenti in signum tradite possessionis et date.

Et si dictus honor supra venditus plus valet vel valuerit in futurum precio antedicto, totum illud plus quantumcumque sit dictus venditor dedit eidem emptori donatione pura inter vivos facta pro omni sua voluntate facienda. Et hoc in precio XI sol. et VI d. tol. bonorum giritorum, quod precium totum dictus venditor recognovit et concessit ab eodem emptore in pecunia numerata habuisse et recepisse et sibi integre solutum fuisse.

Renuncians expresse idem venditor omni exceptioni pecunnie non numerate et non recepte et doli et omni legum, juris et facti auxilio. Et de omni hac venditione et re superius vendita predictus venditor promisit eidem emptori esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam in judicio et extra de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et omni jure evictione et deffendere suis proprius sumptibus judicum et advocatorum si lis aut

questio eidem emptori aliquo tempore movebatur ratione venditionis predicte, et absolvit et reddidit feodum domino a quo fevaliter tenebatur ideo ut illud dicto emptori in feodum concederet et laudaret.

Preterea hanc predictam venditionem fuit factam cum consilio et voluntate domine Diabo, uxoris dicti venditoris, quod si aliquod jus vel aliquam rationem actioni seu partem ibi in dicto malole supra vendito habebat vel habere debebat dono, dote, obligatione necessariis alimentis vel alii ullo modo, rationem illud dedit absolvit eidem emptori pro omni sua voluntate facienda sine retentu quod ibi non fecit, immo promisit inde esse guirens de se ipsa et omnibus aliis viventibus ex suis partibus de omni petitione et demanda que pro predictis ei fieret in futurum, renuncians expresse eodem mulier certificata de jure suo omni jure ypotecarum et dotum et omni alii juris in favorem mulierum introducti.

Item hec predicta venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Petri Florensa preceptoris domus hospitalis Sancti Johannis Jehrusalem Tholose qui pro suis pax quod ab eadem habuit emptore et recepit, laudavit et dedit ad feodum pro se et successoribus suis, dicto emptori et ejus ordinio totum predictum malolem supra confrontatum cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo et plus et minus si ibi est.

Tali vero pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat fratribus dicte domus Tholose et defferre faciat absque dictorum fratrum missionem ad domum predictam Tholose, quartum totius vindemie que inde exierit. Et sex d. tol. pro retroacapite quando evenerit. Et IIII^{or} d. tol. justiciam si feodotarius inculpatur. Et quod non possit dictum honorem dare ad superfeodum nec aliter alienare pro quo dominus possit inde perdere suos pax nec aliquid sue dominationis, set si illum vendere aut inpignorare voluerit faciat cui voluerit excepto milite et suo filio, clerico et domo religionis, consilio tamen dicti domini preceptoris vel ejus successoris et reddat inde ei de unoquoque sol. venditionis I d. et quoque sol. pignoris I obolum. Insuper predictus dominus preceptor pro se et successoribus suis promisit guirire eidem emptori et ejus ordinio totum predictum malolem de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Actum fuit hoc ultimo die exitus novembris, regnum Phylippo rege Francorum et Hugone episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagessimo sexto.

Hujus rei sunt testes Raimundus Capelli hospitalerius et Bernardus de Romengeras et Raimundus Barelli publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

272

3 décembre 1296

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Pierre Jean Auzelle, la femme de son frère Bonne et les enfants de celle-ci, à savoir Pierre Jean, Raimonde et Condors, à Pierre de Sauvol et Aldaycie, sa femme, de la totalité d'une terre située dans l'honneur de la Devèze au lieudit de Belloc, pour un montant de 40 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Pierre de Sauvol qui devra la mettre en culture tous les trois ans et livrer le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, à la* domus *des frères hospitaliers, ainsi que deux deniers d'oublies tous les ans et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 273.

Notum sit cunctis quod Petrus Johannes Auzelli et Bona, uxor quondam Raimundi Auzelli, et Petrus Johannes, et Raimunda et Condars, infantes ipsius Bone et dicti quondam Raimundi Auzelli, fratris dicti Petri Johannis Auzelli, eorum sponte vendiderunt, et vendendo

dederunt, tradiderunt et absolverunt, transtulerunt et quitaverunt, ac in perpetuum dereliquerunt Petro de Sauvola et Aladaycie ejus uxori ibidem presentibus, pro se ipsius et eorum heredibus et ordinio emenptibus et recipientibus, totam illam terram cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra esse dixerunt in honore de Devesia in loco vocato ad Bellum Locum, inter honorem qui quondam fuit Aldrici de Prinhaco ex tribus partibus, et inter feudum domus hospitalis Sancti Johannis Tholose. Et hanc venditionem fecerunt dicti venditores supradictis conjugibus et eorum ordinio pro precio et nomine precii XL sol. tol. bonorum et pax quod totum predictum dicti venditores confessi fuerunt et verum esse asserverunt se habuisse et plenissime recepisse in bona peccunia numerata ab emptoribus superius memoratis de quo quidem precio dicti venditores bene pro pactatis se tenuerunt et contentis.

Renunciates inde dicti venditores exceptioni non numerate peccunie, non habite nec eis solute, et dicti precii non habiti nec eis traditi, et omni alii juris auxilio quo juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliquod predictorum. Et si forte dicta terra superius vendita modo plus valet vel valebit in futurum precio predicto inde habito, totum illud plus, quicquid sit vel esse possit, dicti venditores dederunt et concesserunt donatione inter vivos facta predictis emptoribus et eorum ordinio pro omni eorum voluntate et eorum ordinii inde perpetuo facienda. Quam predictam donationem, supradicti venditores dixerunt et asserverunt quod faciebant supradictis conjugibus propter multa servicia et dona quod dicti emptores inpenderant et fecerant supradictis venditoribus et in renumerationem et recompensationem eorumdem propter quod renunciaverunt scienter et consulte dicti venditores illi legi de rescindenda venditione et incipit « rem majoris precii », et alteri legi dicenti « donationem factam ex causa ingratitudinis posse legitime revocari » et fecerunt ejus pactum de ulterius aliquid non petendo. Et ibidem dicti venditores spoliaverant se de omni jura et possessione quod et quam in dicta terra habebant et investiverunt inde dictos conjuges cum cartis predicte terre et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro.

Item supradicta Bona et infantes sui predicti super sancta Dei evangelia juraverunt corporaliter eorum manibus tacta, se non contra predicta venire, per se vel per personam interpositam, palam vel occulte, de jure vel de facto, in judicio vel extra, ullis temporibus in futurum. Et de omni hac venditione dicti venditores debent et convenerunt et firma stipulatione promiserunt, sub ypoteca et obligatione omni bonorum suorum presancium et futurorum, esse inde guirentes supradictis conjugibus et eorum ordinio de omnibus amparatoribus, excepta parte dominationis. Et absolverunt et reddiderunt hoc feudum dominis a quibus dictum feudum fevaliter[(a),] ideo ut illud dictis emptoribus et eorum ordinio concederent et laudarent. Quo facto, dominus frater Petrus Florencius, preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, recuperato feudo a predictis venditoribus, et pro pax quos inde habuit uti dominus dicti feudi, pro dicta domo hospitalis Tholose laudavit et dedit ad feudum ac etiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire convenit supradictis conjugibus et eorum ordinio, totam terram cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, prout melius et plenius inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto laudavit et dedit eis hoc feudum, ut annuatim reddant inde dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus quartum totius explecte que de dicta terra exierit, in garba vel in grano ad electionem predictorum dominorum, et II d. tol. obliarum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et retroacapte II. d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotariorum. Et de clamore hujus feudi, fidejussores inde habeant domini, et IIII[or] d. tol. justiciam si feudotatii juste fuerint inculpati. Et predicti feudotarii nec eorum ordinium non debent predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio dominorum et reddant inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol. pignoris I obolum. Promiserunt insuper

predicti feudotarii et etiam convenerunt facere in predicta terra de tribus in tribus annis unam explectam.

Hoc factum fuit tercia die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege et Hugone Tholosano episcopo anno M°CC° nonagesimo sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes frater Raimundus Vitalis ordinis hospitalis Sancti Johannis et frater Bernardus Gironda cappellanus et tesaurarius ejusdem domus hospitalis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Lire : « a quibus fevaliter tenetur ».

273

9 décembre 1296

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de La Cassaneta *à Jacques de Foix du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Sainte Marie de septembre, et, après un délai de deux ans, il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 271.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis Sancti Johannis, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi Bonihominis presbiteri, et fratris Raimundi Vitalis, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Jacobo de Fuxo de barrio Penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra esse dicitur ad Cassanetam, inter honorem Arnaldi Raimundi de Cambono, et inter honorem Ferrandi Espanholli, et inter honorem Raimundi Borrelli, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat ibi semper vineam condrictam, quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam, de isto primo venienti festo Beate Marie septembris ad II annos et quod annuatim in festo Sante Marie septembris pro dicta terra reddat eidem domino preceptori, vel ejus successoribus et fratribus dicte domus II sol. et VI d. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi, fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Jacobo de Fuxo, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere traddere et persolvere dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus annuatim in dicto festo Beate Marie septembris predicta oblias et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit nona die introitus mensis decembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus de Gironda pelherius, et Arnaldus Raimundi de Cambono, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

274

9 décembre 1296

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé au lieudit de La Cassaneta *à Arnaud de Cambon. Il devra y planter une vigne avant la prochaine fête de Sainte Marie de septembre, et, après un délai de deux ans, il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 117, pièce 272.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus hospitalis Sancti Johannis, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis, et fratris Bernardi Bonihominis presbiteri, et fratris Raimundi Vitalis, et fratris Raimundi Senheroni, et fratris Raimundi Gontardi, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Arnaldo de Cambono, et ejus ordinio, qui dicit se manere in [barrio] Penitencie, medium aripentum terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra esse dicitur ad Cassanetam, inter honorem [dicte do]mus hospitalis ex duabus partibus, et inter honorem Atonis et inter honorem Izarni de Pastilhano, et inter exitum ejusdem honoris.

Sub pacto quod plantet et teneat ibi vineam condrictam, et quod in dicta terra vineam plantaverit antedictam, de isto primo venienti festo Beate Marie septembris ad II annos, et quod annuatim in festo Sante Marie septembris pro dicta terra reddat eidem domino preceptori, vel ejus successoribus et fratribus dicte domus II sol. et VI d. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Arnaldo Raimundo de Cambono, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere traddere et persolvere dicto domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus annuatim in dicto festo Beate Marie septembris predicta oblias et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit nona die introitus mensis decembris regnante Phylippo Francorum rege, et Hugone Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo sexto ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus de Gironda pelherius, et Jacobus de Fuxo, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

275

10 juin 1297

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé dans l'honneur de la Devèze, au lieudit de Belloc, à Raimond de Castel, cordier. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 275.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Rostanni Martini, fratris Bernardi Boni Hominus presbiterorum, fratris Raimundi Gontardi, fratris Guillelmi Serrada clavigeri, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Senheroni, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo de Castello corderio, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis, et plus si ibi est cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quo est in honore de Devesia, in loco vocato ad Pulcrum Locum, inter honorem Arnalde, filie Arnaldi Thome, ex una parte, et inter honorem Petri de Saubola, et tenet de honore dicte Arnalde usque ad honorem Beneyti de Selhona.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus XVIII° d. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et idem feudotarius recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et promisit eis dare et persolvere quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alis dominationes uti evenerit in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc fuit factum X die introytus mensis junii regnante Phylippo Francorum rege, et Lodovico episcopo Tholosano, anno M°CC° XC° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Thomas cinglerius, et Guillelmus Viguerii, et Raimundus Catalani textor, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

276

3 novembre 1297

*Après avoir obtenu de Pons Gausbert et sa femme Béatrice l'abandon d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé près de la Devèze, dans les quartiers des hospitaliers, Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, le donne en fief à Bernard d'Estretefonds (*Castronovo*) de la rue d'Arnaud de* Cossac. *Il devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et la dîme.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 276.

Notum sit cunctis quod, post illam absolutionem et quitationem, quam Poncius Gausberti, et Beatritz ejus uxor, fecerant et concesserant domino fratri Petro Florencio preceptore domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et fratribus dicte domus, de toto illo medio aripento malolis cartanerii, cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quod est in cartis dicte domus hospitalis apud Devesiam, inter honorem Arnaldi de Sauna sartalherii, et inter honorem Benedicti de Marcilio, et inter honorem Johannis Aycardi, et exitum ejusdem honoris, prout in carta dicte absolutionis et quitationis quam, ego, Raimundus Martini publicus Tholose notarius inde scripsi melius continetur, supradictus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Fabri, fratris Raimundi Ovelherii presbiterorum, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi Senheroni, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici Ecclesie, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Bernardo de Castro Novo de carreria Arnaldi de Cossaco, et ejus ordinio, totum predictum medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitu prout melius inter adjacencias includitur supradictas.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in tempore vindemiarum reddat seu deferre faciat in domo ipsorum fratrum Tholose, sine eorum missione, quartam partem totius vindemie que inde exierit bona et fide, et decima detur in eodem feudo. Et de clamo [sic] hujus feudi fide [sic] inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum III die introitus mensis novembris regnante Phylippo Francorum rege, sede Tholosa vacante, anno M°CC° XC° septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Poncius de Alazenquis notarius, et Bernardus de Furnnello nuncius curie dominorum consulum Tholose, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

277

8 janvier 1298

Raimond Guillaume, fils de Guillaume Raimond de n'Alpays, a vendu à Marc Lombard, patinerius, *une mezalhade de mailleul située au-delà de l'Hers, au lieudit de la Devèze et dans le fief de ladite maison de l'Hôpital, pour la somme de cinq sous.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 277, paragraphe A.

Noverint universi presentes pariter et futuris, quod Raimundus Guillelmi, filius Guillelmi Raimundi de n'Alpays, sua spontanea voluntate vendidit […] irrevocabili titulo pure et perfecte venditionis absolvit in perpetuum et quitavit cum presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro, Ma[rquesio Lum]bardo patinerio ibidem presenti et pro se suisque heredibus ementi et recipienti, totam illam medallatam malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et [exitu] et juribus et pertinentiis suis, — quam habere dixit ultra Ircium propre locum vocatum Devesiam in feudo hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, inter honorem dicti emptore ex duabus partibus et honorem Guillelmi de Tortora et carrariam publicam — ad habendum, tenendum, possidend[…] et explectandum et quicquid dicto emptore et ejus ordinium deinceps placuerit perpetuo faciendum.

Quam predictam venditionem fecit dictus venditor dicte emptori ut dictum est [re]cipienti in precio et nomine precii quinque sol. tol. guiritorum, quod precium dictus venditor a dicto emptore in pecunnia […] confessus fuit habuisse et recepisse de quo quidem precio et peccunia dictus venditor se habuit et tenuit pro bene paccato et contento. Et si dictus malolis superius vendit[us] et adjacenciatus nunc ultra supradictum precium plus valet vel valebit etiam in futurum, illud plus quantumcumque sit vel esse possit quamvis ultra dimidiam justi precii excederet, venditor predictus sua sponte dedit, cessit, concessit et transtulit absolvit in perpetuum et quitavit dicto emptori pro se suisque heredibus recipienti donatione, cessione, absolutione et quitatione pura et simplice ac irrevocabili inter vivos cum presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro pro omni voluntate dicti emptoris et ejus ordinium inde perpetuo et penitus facienda sine retentu aliquo quem inde dictus venditor non fecit nec retinuit ullo modo. Im[mo] debet et convenit et firma stipulatione promisit sollempniter dicto emptori pro se [suisque here]dibus stipulanti esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam in judicio et extra judicium de predicto malole superius adja[cenciato] et vendito de omnibus amparatoribus et juris evictione excepta parte dominationis sub omni refectione dampnorum et expensarum litis et extra ac interesse […] bonorum suorum omnium obligatione, et absolvit et reddidit et quitavit venditor predictus feudum dicti malolis venditi dominus a quibus fevali[ter] tenetur.

Ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio in feudum concederent et laudarent, quem malolem superius venditum et adjacenciatum venditor predic[us] dixit et asservit se nomine dicti emptore et pro ipso precario jure et dicti emptore nomine constituit possidere donec dictus emptor vel ejus ordinium de predicto malole possetionem acceperit et nactus fuerit corporalem quam accipiendi, nancissendi, nacturique pro se deinceps perpetuo retinendi sua propria auctoritate absque ipsius venditoris et ejus ordinii et alicujus judicis seu curie proclamatione seu denunciatione aliqua, venditor predictus dicto emptori et ejus ordinio omnimodam dedit, concessit et contulit potestatem, auctoritatem et facultatem, renuncians super predictis dictus venditor exceptioni dicti precii non numerati, non habiti nec recepti et ei non soluti, et omni exceptioni doli, mali et fraudis conditioni, sine causa et in factum actioni et omni appellationi et oblationi libelli et omni usui et consuetudini terre et statuto et omni privilegio et beneficio ei competenti et competituro, et juribus dicentibus donationem propter ingratitudinem revocare posse, et donationem revocare debere si modus vel causa quo vel qua donatio facta esse defferat

in eadem, et beneficio illorum legum que dicunt deceptis in venditionibus ultra dimidiam justi precii subvenire posse, et omni alii exceptioni, deffentioni pariter atque juri quibus contra predictam vel quicquid predictorum, volens venire posset se modo aliquo adjuvare, deffendere vel tueri. Insuper dictus venditor juravit ad Sancta Dei evangelia corporaliter manu sua dextra tacta predicta omnia et singula tenere, complere et servare et non contrafacere vel venire nec inpetrare restitutionem [pretextu] minore etatis vel aliter aliqua ratione vel tam de jure vel de facto.

Item predictam venditione et omnia et singula supradicta fuerunt facta consilio et voluntate et expresso assensu, Lumbarde, uxoris dicti venditoris que dicte venditioni et omnibus et singulis […] se consenciit et totum jus et rationem, actionem et partem quod et quam ipsa Lumbarda habebat et habere poterat seu putabat aut ei competebat et competere poterat […] debebat in dicto malole superius vendito et adjacenciato ratione vel occatione dotis seu vel donationis propter nupsias, doni pac[…]cessariorum vel aliter jure, modo aliquo ratione dedit, cessit, absolvit in perpetuum et quitavit dicto emptori pro se suisque heredibus stipulanti […] cessione, absolutione et quitatione pura, et simplici ac irrevocabili inter vivos pro omni voluntate dicti emptoris et ejus ordinium inde perpetuo et penitus facienda sine retentu aliquo quem in predictis dicta Lumbarda non fecit nec retinuit ullo modo. Immo debet et convenit et firma stipulatione promissit sollempniter dicte emptori pro se suisque heredibus, stipulanti, esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam in judicio et extra judicium de omni petitione et questione, controversia, causa et demanda que inde dicto emptori vel ejus ordinio in dicto malole superius confrontato vel ratione seu occatione dicti malole pro ipsa vel ex suis partibus fieret seu moveretur aliquatenus in futurum sub refectione dampnorum et expensarum litis et extra ac interesse et bonorum suorum omnium obligatione, renuncians super predictis dicta Lumbarda exceptioni doli, mali et fraudis, conditioni sine causa et in factum actioni, et omni appellationi et oblationi libelli, et omni usui et consuetudini terre, et statuto et omni privilegio et beneficio ei competenti et competituro, et juribus ypothecarum suarum, et Julie de fundo dotali, et beneficio Velleyani senatus consulti et autentice « si qua mulier », et juribus dicentibus donationem ex omnia ingratitudinis revocare posse et donationem revocare debere si modus vel causa quo vel qua donatio facta est deficiat in eadem, et omni alii exceptioni, defentioni pariter atque juri quibus contra predictam vel aliquid predictorum volens venire posset se modo aliquo adjuvare defendere vel tueri. Insuper dictam Lumbarda juravit ad Sancta Dei evangelia corporaliter manu tacta predictam omnia et singula tenere complere et servare et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa nec inpetrare restitutionem pretextu minore etatis vel aliter quoquo modo de jure vel de facto.

Factum fuit hoc Tholose, octava die introitus mensis januarii, regnante domino Philippo rege Francorum, et domino Arnaldo Rogerii electo in episcopum Tholosanum, anno incarnationis Domini M°CC° nonagesimo septimo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Andreas et Guilellmus Stephani Bernardini mercatores, et eguo Bernardus de Podio publicus Tholose notarius qui de predictis hoc recepti et scripsi publicum instrumentum.

278

8 janvier 1298

Pierre de Florence, précepteur de la maison de l'Hôpital de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Raimond Guillaume, fils de Guillaume Raimond de n'Alpays, à Marc Lombard, patinerius*, d'une mezalhade de mailleul située au-delà de l'Hers, au lieudit de la Devèze et dans le fief de ladite maison de l'Hôpital. Pierre de Florence, après avoir perçu ses* pax*, donne en fief à Marc Lombard la même terre, pour laquelle il devra livrer tous les ans, à*

la domus *des frères hospitaliers, 18 deniers d'oublies et toutes les autres redevances dues pour ce fief.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 277, paragraphe B.

Noverint universi, quod frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, ratifficavit, confirmavit et approbavit et ratam, gratam, bonam et firmam perpetuo habuit et tenuit illam venditionem et alienationem quam Raimundus Guillelmi, filius Guillelmi Raimundi de n'Alpays, fecerat et concesserat Marquesio Lumbardo patinerio de illa medallata malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu quam esse dixerunt ultra Ircium propre locum vocatum apud Devesiam in feudo dicte domus hospitalis Sancti Johannis, inter honorem dicti Marquesii emptoris ex duabus partibus et honorem Guillelmi de Tortora et carrariam publicam. Cujus venditoris eguo notarius infrascriptus ad faciendum inde cartam receperam mandamentum, et pro suis pax quos dictus dominus preceptor ad dicto emptore in peccunia numerata habuit et recepit, de quibus se habuit et tenuit pro bene paccato et contento, dictum malolem superius confrontatum cum terra in qua est et cum introitu et exitu prout inter adjacencias includitur supradictas, dicto Marquesio pro se suisque heredibus recipienti, in feudum dedit et concessit, promitens idem dominus preceptor sollempniter dicto Marquesio pro se suisque heredibus stipulanti esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirentiam in judictio et extra judictum de predicto malole superius confrontato de omnibus amparatoribus et jure evictione ex parte dominationis.

Tali vero pacto et conditione laudavit et dedit ei hoc feodum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde et persolvat eidem domino preceptori et fratribus dicte domus et eorum successoribus decem et octo denarios tol. obliarum. Et omnes alias dominationes prout in cartis dicti feudi continetur.

Factum fuit hoc Tholose, octava die introitus mensis januarii regnante domino Philippo rege Francorum, et domino Arnaldo Rogerii electo in episcopum Tholosanum, anno ab incarnatione Domini M°CC° nonagesimo septimo.

Hujus rei sunt testes Petrus Aymerici et Bernardus Blanqui, et eguo Bernardus de Podio publicus Tholose notarius qui de predictis hoc recepi et scripsi publicum instrumentum.

279

23 février 1298

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé à Belle Barbe à Pierre Jean Auzelle. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 278.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose, pro se et omnibus fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, consilio tamen et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii ejusdem domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi Laurencii presbiteri, et fratris Raimundi Vitalis, et fratris Raimundi Senheroni, et

fratris Raimundi Gontardi, et fratris Aymerici de Ecclesia, et fratris Guillelmi Sarrata clavigeri, et fratris Guillelmi de Lauraci, et fratris Petri Vitalis, et fratris Petri de Cayres, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Petro Johanni Auzello, et ejus ordinio, unum aripentum terre, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, que terra esse dicitur ad Belam Barbam, inter honorem dicte domus hospitalis ex parte una, et inter honorem qui quondam fuit domini Aldrici de Prinhaco ex duabus partibus, et inter medium rivum de Revilhono.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino preceptori, vel ejus successoribus et fratribus dicte domus XII d. tol. bonorum obliarum. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Petro Johanni Auzello, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Petrus Johannes Auzelli recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et firma stipulatione promisit reddere traddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit VI die exitus mensis febroari regnante Phylippo Francorum rege, et Arnaldo Tholosano episcopo electo, anno M°CC° nonagesimo septimo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Aymerici notarius, et magister Johannes de Bordis jurisperitus, et Johannes Stephani clericus, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

280

21 avril 1299

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois mezalhades de mailleul quartenières situées dans les quartiers de l'Hôpital, près de la Devèze, à Bernard de Bossenac, fils de Bernard de Bossenac, de la rue d'Arnaud de Cossac. Il devra livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 279.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii dicte domus, fratris Bernardi Fabri presbiteri, fratris Raimundi Senheroni, fratris Guillelmi Serrada clavigeri, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Bernardo de Bossenaco, filio Bernardi de

Bossenaco, de carreria Arnaldi de Cossaco, et ejus ordinio, illas tres medallatas maloli cartanerii, et plus si ibi est, cum terra in qua sunt et cum introytu et exitu, que sunt in cartis predicte domus hospitalis, propre Devesiam, inter honorem Petri Fortis, et inter honorem Arnaldi de Gybello, et tenent de carreria publica usque ad exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut quoque anno in tempore vindemiarum, reddat et deferat in domo dicti hospitalis Tholose quartam partem totius vindemie que inde exierit, bene et fideliter bona fide. Et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum X die exitus mensis aprilis regnante Phylippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CC° XC° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Raimundi de Insula, et Petrus Raimundi de Artigato, et Benedictus Barreria clerici, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

281

25 octobre 1299

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et dix escats de terre situés près de la Devèze à Jean Albert du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et un denier d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 280.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu quorumdam fratrum nobiscum assistencium, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Sanct Johannis, et fratris Bernardi Laurencii presbiteri, et fratris Raimundi Senharoni, et fratris Johannis de Casalibus, et fratris Guillelmi Sarrate clavigeri, et fratris Petri Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feudum Johanni Alberto de barrio Penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum et X escatos terre, cum loco in quo est et cum introitu et exitu, que terra est apud Devesiam, inter honorem Arnaldi Catalani, et inter boscum dicte domus hospitalis, et inter ambos exitus.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut plantet et teneat semper ibi vineam condrictam, et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde eidem domino preceptori, vel ejus successoribus et fratribus dicte domus II sol. et I d. tol. obliarum. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. videlicet per mortem domini prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussores inde habeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit,

faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus preceptor pro se et successoribus suis et fratribus dicte domus presentibus et futuris, debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Johanni Alberto, et ejus ordinio de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Johannes Alberti recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis, et mandavit et convenit et promisit dictus Johannes Alberti sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum reddere et persolvere dictis dominis annuatim in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto. .

Hoc factum fuit VII die exitus mensis octobris regnante Phylippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CC° nonagesimo nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Boerii ortolanus, et Petrus de Limogges, et Benedictus Barreria, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

282

22 janvier 1300

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul situé dans l'honneur de la Devèze, à Guillaume Rispaud. Il devra y tenir une vigne et livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies, et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 281.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Fabri presbiteri, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Guillelmo Rispaudo, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introytu et exitum, que est in honore de Devesia, inter honorem Arnaldi de Gibello, et inter honorem dicti Hospitalis, et tenet de honore Poncii Raimundi usque ad carreriam publicam.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat semper ibi vineam condrictam et quod annuatim, in festo Omnium Sanctorum, reddat inde preceptori et fratribus dicte domus, duos sol. tol. obliarum. Et retrocapte IIII^{or} d. tol., videlicet per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et predictus feodotarius promisit persolvere dictis dominis quoque anno dictas oblias uti evenerint in futurum pro feudo supradictum.

Hoc fuit factum X die exitus januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CC° XC° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Thomas de Sierr fusterius, et Arnaldus de Gibello, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

283

24 janvier 1300

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul quartenier situé près de la Devèze, à Raymond Guillaume du Four, tisserand. Il devra y tenir une vigne livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et deux sous de réacapte le cas échéant. De plus, il promet d'entretenir la vigne en temps utile en la déchaussant, la rechaussant et la sarclant, en dressant les échalas et provignant si cela était nécessaire.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 282.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii [preceptor domus hospi]talis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, pro se et successoribus suis et pro omnibus fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et voluntate [et] expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gyronda capellani et tesaurarii ipsius domus, fratris Bernardi Fabri presbiteri, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi Senheroni, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Raimundi Vitalis, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit ad feudum, et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit, Raimundo Guillelmo de Furno textori, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum malolis cartanerii, cum terra in qua est et cum introytu et exitum, quod est apud Devesiam, inter honorem ipsius Raimundi Guillemi et inter honorem Bernardi de Novelhanis, et inter honorem Bernardi Cayrelli, et exitum ejusdem honoris.

Tali pacto dedit ei hoc feudum quod teneat ibi vineam condrictam et quod annuatim, in tempore vindemiarum, reddat et deferre faciat in domo dicti hospitalis Tholose sine missione ipsorum fratrum quartam partem totius vindemie que inde exierit, bene et fideliter, bona fide. Et retrocapte duos d. tol., videlicet per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feudotarii. Et de clamore hujus feudi fidejussores inde abeant domini et duos d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus, et predictus feudotarius nec ejus ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum. Insuper dictus feodotarius promisit predictum vineam quoque fodere, podare, binare et terciare in tempore competenti fideliter, bona fide.

Hoc fuit factum VIII die exitus januarii regnante Phylippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CC° XC° nono ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Benedictus de Furnello et Thomas de Sierrio fusterius, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

284

7 août 1300

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé dans l'honneur de la Devèze, au lieudit de Belle Barbe, à Pierre Jean Auzelle. Il devra donner annuellement aux frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 290.

Notum sit quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate fratrum dicte domus scilicet fratris Bernardi de Gironda, fratris Bernardi Laurencii, fratris Bernardi Fabri, fratris Raimundi Senheronis, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Guillelmi Serrada, dedit ad feudum et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit Petro Johanni Auzelo et ejus ordinio unum aripentum terre cum introitu et exitu que est in honore de Devesia in loco vocato de Bela Barba, inter honorem Poncii de Prinhaco de duabus partibus et inter honorem Vitalis de Rocovilla et honorem dicti hospitalis.

Tali pacto quod annuatim reddat inde in festo Omnium Sanctorum preceptori et fratribus XII d. tol. obliarum. Et retro capite IIII d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotaris, et IIII d. justiciam.

Factum fuit hoc VII die introitus augusti, regnante Philipo rege Francorum, et Petro episcopo Tholosano, anno M°CCC° ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Duzertha et Guillelmus de Yshucio et Petrus Barba, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui de hoc negocio ad faciendum inde cartam receperat mandamentum set mortem proventus unde cartam non scripsit post mortem vero ipsius Raimundi Martini, consules Tholose urbis et suburbii, videlicet dominus Bernardus de villa Nova miles de Cholomeus Falherii, Guillelmus Prima dominus, Petrus de Galliaco legum doctor, Poncius de Lerato, Stephanus Mantardi magister, Bernardus Pegarelli et Petrus de Roaxio pro se ipsis et aliis eorum sociis ejus de consulatus absentibus, receptis materiis dicti Raimundi Martini tradiderunt eas Arnaldo Garcie publico Tholose notario, dicentes eorum judicio et cognoscentes quod dictus Arnaldus Garcias notarius predictus possit facere et scribere instrumenta publica de universis et singulis materiis dicti Raimundi Martini de quibus dictus Raimundus Martini nondum fecerat instrumenta publica secundum formam et tenorem earumdem, et quod instrumenta confecta per manum predicti Arnaldi Garcie habeant eandem efficaciam et valorem in perpetuum, ac si ab ipso Raimundo Martini manu ejus propria confecta esserunt atque scripta.

Hoc fuit a predictis consules judicio sic cognitum duodecima die exitus mensis septembris regnante Philipo Francorum rege et Petro episcopo Tholosano, anno M° trescentesimo primo ab incarnatione Domini.

Hujus cognitionis et judicum sic prolati sunt testes Sicardus Sarralis parator et Guillemus Boteri et Salamon Johannis notarius et Arnaldus Garcias publicus Tholose notarius predictus qui cartam istam scripsit mandato et cognitione consuliam predictorum.

285

8 août 1300

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois arpents de terre situés dans l'honneur de la Devèze au lieudit de Belle Barbe, à Vital de Roqueville, tailleur. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 291.

Notum sit quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose consilio et voluntate fratrum dicte domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda, fratris Bernardi Laurencii, fratris Bernardi Fabri, fratris Raimundi Senheronis, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi, fratris Aymerici Ecclesie, fratris Guillelmi Serrada, dedit ad feodum et etiam de omnibus amparatoribus guirire convenit et promisit Vitali de Rocovilla affactatori, et ejus ordinio, tria aripenta terre que sunt in honore de Devesia in loco vocato a Bela Barba, inter honorem Poncii de Prinhaco de duabus partibus et inter honorem Petri Johannis Auzeli et honorem dicti Hospitalis.

Tali pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus III sol. tol. obliarum. Et retroacapite XII d. tol. videlicet per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et IIII d. tol. justiciam si juste inculpatur feodotarius. non debet vendere et reddat eis de quoque sol. venditionis I denarium tolosanum et quoque sol. pignoris unum obolum.

Factum fuit hoc VII die introitus augusti, regnante Philipo rege Francorum, et Petro episcopo Tholosano, anno M°CCC° ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Duzertha et Guillelmus de Yshucio et Petrus Barba, et Raimundus Martini publicus Tholose notarius qui de hoc negocio ad faciendum inde cartam receperat mandamentum per mortem proventus inde cartam non scripsit. Post mortem vero ipsius Raimundi Martini, consules Tholose urbis et suburbii, videlicet dominus Bernardus de Villa Nova miles, Bertholomeus Falhoni, Guillelmus Prima, dominus Petrus de Galliaco legum doctor, Poncius de Lerato, Stephanus Mantandi magister, Bernardus Peganelli et Petrus de Roaxio, pro se ipsius et aliis eorum sociis ejusdem consulatus absentibus, receptis materiis dicti Raimundi Martini tradiderunt eas Arnaldo Garcie publico Tholose notario, dicentes eorum judicio et cognoscentes quod dictus Arnaldus Garcias notarius predictus possit facere et scribere instrumenta publica de universis et singulis materiis dicti Raimundi Maritini, de quibus dictus Raimundus Martini nondum fecerat instrumenta publica secundum formam et tenorem earumdem et quod instrumenta confecta per manum predicti Arnaldi Garcie habeant eandem efficaciam et valorem in perpetuum, ac si ab ipso Raimundo Martini manum ejus propria confecta esserunt atque scripta.

Hoc fuit a predictis consulis judicio sic cognitum duodecima die exitus mensis septembris, regnante Philipo Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno millesimo trescentesimo primo ab incarnatione Domini.

Hujus cognitionis et judicii sic prolati sunt testes Sicardus Farralis parator, et Guillelmus Boterii, et Salamon Johannis notarius et Arnaldus Garcias publicus Tholose notarius predictus qui cartam istam scripsit mandato et cognitione consulum predictorum.

286

9 octobre 1300

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères, deux arpents de terre situés dans le lieudit de Belle Barbe à Pierre Jean Auzelle. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et quatre deniers de réacapte par arpent le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 283.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, sponte sua, consilio tamen et voluntate fratris Bernardi de Gironda thesaurerii dicte domus, fratris Guillelmi Sarrata clavigeri, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Senheroni et fratris Raimundi Gontardi fratrum dicte domus, totum hoc volentes et sic fieri concedentes, dedit ad feodum et ad feodum dando de omnibus amparatoribus guirire promisit, Petro Johanni Auzello ibidem presenti, et suo ordinio, duo aripenta terre, cum introitu et exitu suo que esse dixerunt loco vocato ad Pulcram Barbam, inter honorem ejusdem Petri Johannis ex parte una, et inter honores Poncii de Prinhaco ex duabus partibus, et inter honorem Arnaldi Benecti quem tenet ad quartum ut dictum fuit a fratribus predicte domus hospitalis ex altera.

Tali pacto dedit ei et suo ordinio hoc feodum quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde domino preceptori predicto, et fratribus dicte domus hospitalis, tres sol. tol. bonorum obliarum. Et retroacapite quatuor d. tol. terre quando evenerit pro quolibet aripento terre per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feodo fidem inde habeant et quatuor d. tol justiciam pro quolibet aripento terre si juste inculpatur feodotarius, et hoc predictum feodum non debet vendi nec impignorari militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter alienari cur domini possint inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si venditur aut impignoratur fiat consilio dominorum qui habeant de quoque sol. venditionis unum denarium tol., et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias et omnes dominationes eisdem pertinentes uti evenerint dictus feodotarius sub bonorum suorum omni obligatione promisit facere et servire dicto domino preceptori, et fratribus dicte domus presentibus et futuris quolibet anno termino superius constituo pro feodo supradicto.

Actum fuit hec nona die introitus mensis octobris regnante Phylippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CCC° ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Raimundus de Matabove, et Petrus Geraldi, qui dixerunt se morari apud portam Matabovis, et Bernardus de Anglada publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

287

10 novembre 1300

Arnaud de Saverdun, a vendu pour 40 sous toulousains à Germain chevalier de Parederio*, de la porte de Pouzonville, un demi-arpent de mailleul, située au-delà de l'Hers dans le vieux clos des Hospitaliers ; et ont payé les sommes dues aux seigneurs à qui appartiennent ce fief.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 120, pièce 389.

Notum sit quod, Arnaldus de Savarduno vendidit et vendendo solvit et perfecte et irrevocabilis venditionis titulo tradidit Germano militi Parederio de porta Posavilani presenti stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus et ordinio, totum illud medium aripentum malolis, et plus et minus si ibi est, quod totum est [ut] dixerunt ultra flumen Yrcii in loco vocato al claus vielh hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, inter alium honorem dicti venditoris ex parte una et exitum ex altera, et tenet de honore Arnaldus Vitalis usque ad carrariam publicam.

Et dictus venditor promisit et convenit inde facere et portare bonam et firmam guirenciam dicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis, quam predictam venditionem dicti honoris dictus venditor dixit et asseruit se fecisse dicto

emptori et ejus heredibus et ordinio in precio et pro precio quadraginta solidos tholosanos, cum medietate dels pax, quos de dicto emptore recognovit et concessit habuisse et recepisse in peccunia numerata, renuncians inde dictus venditor exceptioni dicte peccunie et precii non habiti et non soluti et exceptioni doli fraudis et deceptionis et cuilibet exceptioni alii adque juri, et si dictus honor venditus aliquid plus valebat vel est in antea valiturus inde ei dato dicto precio et soluto, totum illud plus et magis valenciam quiquid sit vel esse possit etiam si dimidiam justi precii excederet, dictus venditor sponte sua dedit, cessit, solvit et quitavit dicto emptori et ejus ordinio pro omni sua voluntate et sui ordinii inde perpetuo facienda. Et si in dicto honore vendito lis et questio, petitione seu controversia aliqua eidem emptori vel ejus ordinio in toto vel in parte per aliquem seu aliquos, aliquo tempore movebatur, dictus venditor sub obligatione et ypotetha omnium bonorum suorum promisit et convenit ipsum litem, causam, petitionem et controversiam in se et supra se suscipere […]statam vel […] clam, simplicem requisitionem et monitionem ipsius emptoris et ejus ordinii et ea ducere usque […] tam [in causis] principalis et apellationis seu appellationum suis propris sumptibus et expensis usque ad finem et rem inde judica[ta suo] proprio solvere, honore renunciente penes dictum emptorem et ejus ordinium, spolians et destituens se dictus venditor possessione et tenencia dicti honoris et dictum emptorem inquantum potuit verbotenus investivit. Vol[en]s et concedens dictus venditor quod dictus emptor et ejus ordinium ex actoritate sua propria de predicto honore [vendito] possessionem possit recipere corporalem et inde facere suam plenariam voluntatem quam accipiendi et retinendi tenere videbatur penes ipsum venditorem, idem venditor sponte sua recognovit illam possessionem si qua erat ips[ius] emptoris nomine precarie possidere donec ydem emptor et ejus ordinium de dicto honore possesionem[(a)] vel quasi fuerit corporalem ; et solvit et reddidit feudum dictus venditor domino vel dominis hujus honoris a quo et a quibus illud fevaliter tenebatur ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio in feudum concederet et laudaret.

Actum fuit hoc decimo dies introitu mensis novembris, regnante Phylipo rege Francorum et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo. Hujus rei sunt testes Raimundus de Binhe, Raimundus […]guara et Arnaldus Leonis, et Bernardus de Fuxo publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Écrit deux fois dans le texte.

288

22 octobre 1301

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne situé au-delà de l'Hers, dans le clos nouveau, à Guillaume de Castanet, tisserand de Saint-Cyprien. Il devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus des frères hospitaliers et deux deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 292.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii predicte domus hospitalis Jherusalem Tholose, et fratris Raimundi Gontardi, et fratris Raimundi Senharoni, et fratris Guillelmi Serrada qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feodum Guillelmo de Castaneto textori de Sancto Cipriano, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum vinee et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, que quidem vinea est ultra Yrcium

in clausu novello, inter honorem qui quondam fuit Tornerius et inter honorem qui quondam fuit domini Aldrici de Prinhaco et inter honorem Arnaldi Beneyci, et inter exitum comunem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut annuatim in tempore vindemiarum reddat inde et defferat infra domum hospitalis predicti fratribus et habitatoribus ejus domus hospitalis Tholose, et sine eorum fratrum et eorum ordinii missione, quartum tocius explectae que de dicta vinea exierit fi[de]liter bona fide. Et retroacapte II d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc feudo fidejussorres inde heabeant, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius fuerit juste inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet predictum feudum dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictus feudotarius vel ejus ordinium predictum feudum vendere vel impignorare voluerint, faciat hoc dicti domini preceptoris vel successorum ejusdem qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Guillelmo de Castaneto, et ejus ordinius, de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Guillelmus de Castaneto recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit, convenit et promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in tempore vindemiarum predictam partem tocius explecto que de dicta vinea exierit et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo superius antedicto.

Hoc factum fuit X die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CCC° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus Aymerici notarius, et Petrus de Limogges, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

289

5 novembre 1301

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de vigne situées sur la côte de la Devèze à Raimond Maure de la rue Montaygon. Il devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus des frères hospitaliers et deux deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 293.

Notum sit cunctis quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus hospitalis Jherusalem Tholose consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, scilicet fratris Bernardi de Gironda capellani et tesaurarii dicte domus hospitalis Tholose, et fratris Bernardi Laurencii presbiteri, et fratris Raimundi de Devesia, et fratris Raimundi Senharoni qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et etiam concesserunt, dedit ad feodum Raimundo Mauro de carraria Montis Aygoni, et ejus ordinio, omnes illos tres pogesatos vinee, cum loco in quo sunt et cum introitu et exitu, que sunt ad Costam de Devesia, inter honorem Bernardi Auzelli, et inter honorem Raimundi Gralherii, et inter exitum et inter carrariam communem.

Tali pacto dedit ei hoc feudum ut annuatim in tempore vindemiarum reddat inde eidem preceptori et fratribus dicte domus quartam partem tocius explecte, que de dicta vinea exierit. Et retroacapte IIII^{or} d. tol. quando evenerit. Et si clamorem habuerint domini de eo pro hoc

feudo fidejussorres inde heabeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si recte feudotarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis I denarium, et de quoque sol. pignoris I obolum.

Insuper prefatus dominus frater Petrus Florencii preceptor predictus, pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris debet et convenit guirire totum hoc predictum feudum dicto feudotario Raimundo Mauro, et ejus ordinius, de omnibus amparatoribus.

Preterea predictus Raimundus Mauri recepit predictum feudum a predicto domino preceptore et fratribus, sub modis et pactis et conditionibus supradictis et mandavit, convenit atque promisit firma stipulatione reddere, traddere et persolvere dictis dominis annuatim in tempore vin[demiarum] [predict]am quartam parte tocius vindemie que de dicta vinea exierit et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum [pro feudo superius] antedicto.

Hoc factum fuit V die introitus mensis novembris regnante Philippo Francorum rege, et Petro Tholosano episcopo, anno M°CCC° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bozigus, et Arnaldus Faber de Clotis, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

290

3 décembre 1301

Guillaume de Castanet, tisserand habitant Saint-Cyprien, avec l'accord de Bernarde sa femme, a vendu à Guillaume Sicard, lui aussi tisserand, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans le clos nouveau des Hospitaliers, pour un montant de 30 sous.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 294.

Notum sit cunctis quod Guillelmus de Castaneto, textor, qui manet apud Sanctum Ciprianum, consilio tamen et voluntate et expresso assensu Bernarde, uxoris sue, que hoc totum ut subsequitur ita fieri voluit et concessit, vendidit et vendendo absolvit et quitavit et in perpetuum dereliquit Guillelmo Sicardo, textori de carraria domini Bertrandi de Palatio, et ejus ordinio, stipulanti et recipienti, totum illud medium arip[entum vinee, cum loco] in quo est, et cum introitu et exitu, que vinea dicitur esse ultra Ircium, in clausu novo domus hospitalis Jherusalem Tholose, inter honorem qui quondam fuit Raimundi Tornerii, et inter honorem qui quondam fuit Aldrici de Prinhaco, et inter honorem Arnaldi Beneyti et inter exitum communem. Et hanc venditionem fecit dictus venditor supradicto emptori et ejus ordinio pro precio et nomine precii XXX sol. tol. bonorum et pax, quod totum precium dictus venditor confessus fuit et verum esse asservit se habuisse et repisse[(a)] in bona peccunia numerata ab emptore superius antedicto. De quo quidem precio dictus venditor bene pro paccato se tenuit et contento, renuncians inde dictus venditor exceptioni non numerate peccunie, non habite et etiam non recepte, et dicti precii non habiti et etiam non recepti nec ei traditi, et omni alii juris auxilio quo juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliqua predictorum. Et si forte dicta vinea superius vendita modo plus valet vel valebit in futurum precio predicto inde habito, totum illud plus quicquid sit vel esse possit dictus venditor dedit et concessit donatione pura et simplici inter vivos facta supradicto Guillelmo Sicardo et ejus ordinio pro omni sua voluntate et sui ordinii inde perpetuo facienda. Quam predictam donationem supradictus Guillemus de Castaneto dixit et asseruit quod faciebat predicto Guillelmo Sicardo propter multa servicia et dona quod dictus

Guillelmus Sicardi inpenderat et fecerat Guillelmo de Castaneto et in remunerationem et reconpensationem eorumdem, propter quod renunciavit sienter et consulte dictus venditor illi legi de rescindenda venditione et incipit « rem majoris precii » et alteri legi dicenti « donationem factam ex causa ingratitudinis posse legitime revocari ». Et de omni hac venditione, dictus venditor debet et convenit et [firma] stipulatione promisit, sub ypoteca et obligatione omni bonorum suorum presencium et futurorum, esse inde guirens, et facere et portare bonam et firmam guirenciam supradicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus, excepta parte dominationis. Et absolv[it] et reddidit hoc feudum dominis a quibus dictum feudum fevaliter tenebatur, ideo ut illud dicto emptori Guillelmo Sicardo et ejus ordi[nio] concederet et laudaret.

Hoc factum fuit tercia die introitus mensis decembris regnante Philippo Francorum rege, et […] Petro Tholosano episcopo, anno M°CCC° primo ab incarnatione Domini.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Grimaudi perjator et Barravus de castro Hugoni, et Guillelmus Jordani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) « Recepisse » erreur du scribe.

291

18 mars 1302

Après que Pierre Jean Auzelle, fils de feu Raimond Auzelle, de la paroisse de Beauville a vendu pour 10 sous toulousains à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, trois mezalhades de terre situées près de la Devèze dans le lieudit du Rivillon, celui-ci lui rend à fief la même terre, pour la même somme de 10 sous. Pierre Jean Auzelle devra désormais livrer tous les ans à la domus *des Hospitaliers 12 deniers d'oublie et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 284.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Petrus Johannes Auzelli filius Raimundi Auzelli quondam qui moratur in parrochia de Bovilla sponte sua pro se et ejus ordinio vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Petro Florencii preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris, ementi, stipulanti et recipienti, tres medallatas terre quas esse dixerunt apud Devesiam loco vocato ad Revilho, inter honorem Johannis Auzelli ex parte una, et honorem Poncii de Prinhaco ex duabus partibus, et dictum Revilho ex altera.

Et hanc predictam venditionem fecit dictus venditor dicto emptori et fratribus dicte domus pro precio decem sol. tol., quos predictos decem sol. tol. dictus venditor recognovit habuisse et recepisse a dicto domino preceptore in pecunia numerata.

Renuanciavit etiam dictus venditor exceptioni non numerate pecunie et etiam non recepte et omni alii juris auxilio, et de hac venditione dicte terre dictus venditor mandavit et promisit esse guirens et facere bonam et firmam guirenciam dicto domino preceptori et fratribus de evictione et de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis, et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus dicte domus ad omnes eorum voluntates inde faciendas.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris de consilio et voluntate quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et

thesaurarii dicte domus, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillelmi Serrada, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Raimundi Senheronis, et fratris Raimundi Gontardi dedit ad novum feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit dicto Petro Johanni Auzelli et ejus ordinio predictas tres medallatas terre cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias predictas includuntur.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duodecim d. tol. oblias. Et reacapte quatuor d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotari tantum. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare nec vendere nec impignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possent inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Recognovit etiam dictus dominus preceptor, quod dictus Petrus Johannes tradiderat et persolverat ei in bona pecunia numerata, decem sol. tol. quos ei dare promiserat ratione infeodationis predicte.

Hoc fuit factum quartodecimo die exitus mensis marcii, regnante Philipo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano anno ab incarnatione Domini, millesimo trescentessimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

292

18 mars 1302

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent et une pogésée de terre situés près de la Devèze à Guillaume de Cornus. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et six deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 285.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, sponte sua, pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate quorumdam fratrum ejusdem domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii dicte domus, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillelmi Serrada, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Ramundi Senhenoris, fratris Raimundi Vitalis et fratris Raimundi Gontardi, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Guillelmo de Cornu de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum et unum pogesatum terre, quam esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Petri Johannis Auzelli ex parte una, et honorem Stephani Bergonho ex parte altera, et tenet de honore Poncii de Prinhaco, usque ad honorem Petri Johannis Raynaudi, cum introitu et exitu suo.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et sex d. tol. oblias. Et reacapte quatuor d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feudotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit

inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum quartadecimo die exitus mensis marcii regnante Phylippo Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

293

18 mars 1302

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Pierre Jean, fils de Raimond Raynaud, de la porte Neuve. Après un an de délai, il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et quatre deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 286.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, sponte sua, pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, de consilio et voluntate quorumdam fratrum ejusdem domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillelmi Serrada, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Ramundi Senhenoris et fratris Raimundi Gontardi, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Petro Johannis, filio Raimundi Raynaudi, de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre, et plus quod ibi est, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Guillelmi Boneti ex parte una, et honorem Petri Johannis Auzelli ex parte altera, et tenet de honore Guillelmi de Cornu usque ad honorem ejusdem Petri Johannis Raynaudi.

Tali pacto ut a primo venienti festo Omnium Sanctorum ad unum annum et postea quoque anno sequenti in eodem festo reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et quatuor d. tol. oblias. Et reacapte quatuor d. tol. quando evenerit et hoc per[(a)] mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarius tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum quartadecimo die exitus mensis marcii regnante Phylippo Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) En double dans le texte.

294

18 mars 1302

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Raimond Auzelle. Après deux ans de délai, il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 287.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis[(a)] Jherusalem sponte sua et ejus success[oribus ...] de consilio et voluntate quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaura[rii ejusdem] domus, fratris Guillelmi Serrada, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Ramundi Senhenoris et fratris Raimundi Gon[tardi], dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Raimundo Auzelli, et ejus ordinio, totum illud medium aripentum terre, cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem eadem die infeodatum Arnaldo Cassanha ex parte una et honorem eodem eadem die infeodatum Guillelmo Boneti ex parte altera, et tenet de honore Arnaldi Cervini usque ad carrariam publicam.

Tali pacto ut a primo venienti festo Omnium Sanctorum ad duos annos proximo sequentes et postea quoque anno sequenti in eodem festo reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias[(b)]. Et reacapte quatuor d. tol. quando evenerit per mortem[(b)] prioris Sancti Egidii et per feodotarii mortem tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et ibidem dictus feodotarius promisit facere et servire preceptori et fratribus dicte domus annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum quartodecimo die exitus mensis marcii regnante Phylippo Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) En double dans le texte. ; (*b*) Mot manquant dans le texte, oubli du notaire.

295

18 mars 1302

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Guillaume Bonnet de la porte Neuve. Après un an de délai, il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous et quatre deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 288.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris de consilio quorumdam fratrum ejusdem domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillemi Serrada, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Raimundi Senheronis et fratris Raimundi Gontardi, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Guillelmo Boneti de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum, et plus quod ibi est, cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Raimundi Auzelli ex parte una et honorem Petri Johannis Raynaudi ex parte altera, et tenet de honore Stephani Bergonho, usque ad carrariam comunem.

Tali pacto ut a primo venienti festo Omnium Sanctorum ad unum annum et postea quoque anno sequenti in eodem festo reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. et quatuor d. tol. oblias. Et quatuor d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc aliis consilio tamen dominorum, qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum quartodecimo die exitus mensis marcii, regnante Phylippo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

296

18 mars 1302

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze à Arnaud Cassagne de la porte Neuve. Après deux ans de délai, il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 289.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et

ejus successoribus de consilio et voluntate quorumdam fratrum dicte domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Guillemi Serrada, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Raimundi Senheronis et fratris Raimundi Gontardi, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Arnaldo Cassanha de porta Nova, et ejus ordinio, medium aripentum terre cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Guillelmi Raspaut ex parte una, et honorem eodem die infeodatum Raimundo Auzelli ex parte altera, et tenet de honore Bartholomey Fabri, usque ad carrariam comunem.

Tali pacto ut a primo venienti festo Omnium Sanctorum ad duos annos proximo sequentes et postea quoque anno sequenti in eodem festo reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et reacapte quatuor d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum illud vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus, qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et ibidem dictus feodotarius promisit facere et servire dicto domino preceptoi, et fratribus dicte domus, annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum, pro feodo predicto.

Hoc fuit factum quartodecimo die exitus mensis marcii regnante Philippo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo primo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi macellarius, et Petrus Guillelmi carpenterius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

297

1er novembre 1302

Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Vital de Saint-Amand, habitant de la rue des Clos, avec l'accord de sa femme Guillemme, à Jean de Rivalbus*, fournier, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé près de la Devèze, dans les quartiers nouveaux des hospitaliers, pour un montant de 30 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Jean de* Rivalbus *qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la* domus *des frères Hospitaliers et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 295.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Vitalis de Sancto Amancio de carraria de Clotis sponte sua pro se et ejus heredibus et ordinio, consilio et voluntate Guillelme uxoris sue, vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit Johanni de Rivalbus furnerio et ejus ordinio medium aripentum malolis cartanerii cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt apud Devesiam in quartis novis domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, inter honorem Raimundi Vitalis ex parte una, et honorem Bernardi de Sancto Lono ex parte altera, et tenet de honore Bernardi viguerii, usque ad exitum.

Et hanc predictam venditionem fecit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio pro precio triginta sol. tol. guiritorum, quos predictos triginta sol. tol. dictus venditor recognovit et concessit habuisse et recepisse a dicto emptore in bona pecunia numerata.

Renuanciavit etiam dictus venditor exceptioni non numerate pecunie, non habite et etiam non recepte nec ei tradite et exceptioni doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris auxilio. Et si forte dictus malolis superius venditus modo plus valet vel valebit in futurum precio antedicto, totum illud plus seu magis valenciam quicquid sit vel esse possit dedit et cessit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio, donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta, et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem emptoris et ejus ordini inde faciendas. Renunciavit etiam dictus venditor juribus dicentibus « donationem factam causa ingratudinis posse revocari », et omni alii juris auxilio.

Et ibidem dictus venditor gratis expoliavit se de omni jure et actione quod et quam habebat vel habere debebat in dicto malole superius vendito et investivit inde dictum emptorem in quantum potuit verbo et cum hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro. Et si forte dicta Guillelma uxor dicti venditoris aliquod jus, rationem, actionem et partem habebat vel habere debebat in dicto malole superius vendito ratione sue dotis vel donationis propter nuptias assignamenti vel aliter ullo modo, totum illud jus, rationem, actionem vel partem quicquid sit vel esse possit, dedit et cessit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem emptoris et ejus ordini inde faciendas. Renunciavit etiam dicta Guillelma certiorata de jure suo per me notarium infrascriptum omni beneficio senatus consulti Velleyani et juri ypotecarum suarum et legi Julie de fundo dotali et omni alii juris auxilio.

Et de omni hac venditione dicti malolis dictus venditor mandavit et promisit esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam dicto emptori et ejus ordinio de evictione et de omnibus amparatoribus de evictione et de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis, et absolvit et reddidit feodum preceptori et fratribus dicte domus hospitalis a quibus dictus honor fevaliter tenebatur, ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio concederent et laudarent.

Preterea dicta venditio fuit facta consilio et voluntate domini fratris Petri Florencii preceptoris dicte domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, qui recuperato feodo a predicto venditore pro suos pax quos inde habuit et recepit a dicto emptore in peccunia numerata pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris, laudavit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire promisit dicto Johanni de Rivalibus et ejus ordinio predictum medium aripentum malole cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat et defferat seu defferri faciat preceptori et fratribus dicte domus in Tholosa in domo ipsorum fratrum sine missione preceptoris et fratrum dicte domus quartam partem tocius vindemie que de dicto malole exierit. Et duos d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare, vendere nec impignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possent inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeat inde de unoquoque sol venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Promisit etiam dictus feodotarius persolvere bene et fideliter preceptori et fratribus dicte domus dictum quartum dicte vindemie quoque anno et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum prima die mensis novembris regnante Philipo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentessimo secundo.

Hujus rei sunt testes Petrus Vasco, et Poncius bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

298

8 janvier 1303

Bernard de Carcasonne, brassier, a vendu à Bonne Fille, femme de Durand Michel, tanneur, un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers dans le lieudit als Planters*, pour la somme de 100 sous. Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, approuve la vente, récupère son fief et, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Bonne Fille, à condition qu'elle livre le quart de ses vendanges tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers, et qu'elle donne six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 297.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Bernardus de Carcassona bracerius vendidit, et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis absolvit et quitavit et in perpetuum dereliquit et hoc in presentia et de consilio et voluntate et expresso assensu Guillelme uxoris sue, que omnia et singula infrascripta ita fieri voluit, Bone Filie, uxori Durandi Michaelis pelliceris presenti, et pro se et ordinio ac heredibus suis ementi et recipienti, totum illud medium aripentum malolis quartanerii, et plus vel minus si ibi est cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt ultra flumen Yrcii in loco vocato als Planters, inter honorem pre[dicti] Durandi Michaelis [...] una, et inter honorem Bernardi Cathalani bracerii ex al[tera parte ...] venditor promisit et convenit inde facere et portare [...] bonam et firmam guirenciam et [...]dite eidem emtrici et ejus ordinio in judicio et extra teneri de omnibus petitoribus et amparatoribus ex[ceptis] parte dominationis. Quam predictam venditionem dictus venditor recognovit et concessit se fecisse dicte emptori et ejus ordinio in precio et pro precio centum sol. thol. guiritorum, quos recognovit et concessit se habuisse et recepisse ab ipsa emptrice pro precio dicti malolis in pecunia numeratos, de quibus se bene paccatum fore asservit pariter et contentum, exceptioni pecunie non numerate et non recepte, et dicti precii non habiti et non soluti et doli et fraudis et deceptionis et omni exceptioni alii cuilibet atque juri renunciavit omnino. Et si forte honor venditus supradictus cum omnibus juribus suis prout totum infra limites includitur nominatos plus valebat ad presens vel sit magis etiam valiturus in futurum, dictus venditor sponte sua dedit et ex causa donationis cessit, donatione et cessione pura simplici atque irrevocabili inter vivos facta et in perpetuum valitura, dicte emptori et ejus ordinio totum illud plus et totam illam magis valenti qui, quecumque sit, esset vel etiam esse posset, licet etiam dimidiam justi precii excederet pro omnino voluntate ejusdem emptricis et sui ordinii inde perpetuo facienda, renuncians inde dictus venditor super hiis legibus et juribus dicentibus et volentibus venditionem illam posse recindi ubi venditor ultra dimidiam justii precii est deceptus et que dicunt justum precium debere suppleri, et que dicunt donationem ex causa ingratitudinis factam pos[…] revocari, et utriusque juris canonici videlicet et civili, auxilio et beneficio, cum, quo vel quibus contra predictam vel aliquod predictorum venire posset aut se defendere in aliquo vel tueri. Et si forte idem venditor rem predictam venditam in solidum vel in parte tenere seu possidere de certo inveniretur, id totum, precario nomine, prefate emptoris et sui ordinii et pro ea se constituit possidere, donec eadem emptrix de predicto honore vendito possessionem corporalem inde habuerit et recepit cum effectu quam habendi et

recipiendi et penes se retinendi deinceps sua propria auctoritate eidem emptori et ejus ordinio licentiam omnimodam contulit atque dedit, judicis licencia, vel alterius cujuslibet persone super hoc non habita nec petita. Et si prenominata Guillelma uxor venditoris predicti in predicto malole vendito aliquod jus vel aliquam rationem vel partem habebat vel habere debebat vel petabat habere pretextu vel occasione dotis, vel dotalicii, doni, assignamenti, obligationis pactorum, necessariorum, vel jure ypothecarum suarum, vel quoque alio modo, jure, causa vel etiam ratione, illud totum prenominata Guillelma sponta sua dedit, cessit, absolvit, quitavit et in perpetuum dereliquit Bone filie emptori predicte et ejus ordinio, pro omni sua voluntate et ejus ordinii inde perpetuo facienda sine aliquo retentu quem ibi non fecit nec retinuit ullo modo.

Immo promisit et convenit inde esse guirens, et facere et portare bonam et firmam guirentiam eidem emptori et ejus ordinio, de omni petitione, questione seu demanda, que inde […] pro predictis et occasione predictorum fieret vel moveretur ex suis partibus in futurum. Renuncians inde super hiis certificata de jure suo per me notarium infrascriptum omni privilegio sue dotis et jura ypothecarum suarum, et legi Julie de fundo dotali, et omni alii juris et consuetudinis auxilio et beneficio cum quo vel quibus se posset opponere vel juvare contra predicta vel aliqua de predictis. Preterea ad majorem omnium premissorum et etiam singulorum firmitatem habendam, Bernardus de Carcassona venditor predictus, et dicta Guillelma ejus uxor, uterque eorum principaliter et in solidum se et sua bona omnia habita et habenda obligando promiserunt et convenerunt Bone Filie emptrici predicte et ejus ordinio, quod si aliquo tempore lis, questio, controversia, petitione seu demanda per aliquem seu aliquos in judicio vel extra eidem emptori vel ejus ordinio aliqua ratione vel causa inde fieret vel moveretur in dicto aut pro predicto honore superius confrontato vel pro aliqua ejus parte, ipsam questionem, litem controversiam et petitionem incontinenti eo moto ad semonitionem et simplicem requisitionem ejusdem emptoris et sui ordinii in se et supra se recipere et assumere, et litem et libellum recipere, et demum totam causam et petitionem ad eorum proprias expensas ducere, finire et etiam terminare tam in causa principali quam in appelatione, coram quocumque judice seu judicibus et in curiis quibuscumque, et omnem condempnationem et litis expensas de sua propria pecunia persolvere simpliciter et de plano, et sine aliquo strepitu judiciario, et eandem emptricem et ejus ordinium inde de toto indempnem eicere, penitus et servare, dicto malole tamen penes ipsam emptricem integre remanente, sub omni refectione dampnorum et expensarum ac etiam interesse litis et extra, renunciantes inde oblationi libelli et querele et judiciario strepitui et omni alii juris sollempnitati, et beneficio nove constitutionis de duobus reis, et epistole divi Adriani, et autentice utroque presente. Et dicta mulier renunciavit Velleyani et autentice siqua mulier, et ambo doli, et cuilibet exceptioni alii atque juri.

Hec supradicta venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Petri Florencii preceptoris ut dixit domus hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani Tholose, qui nomine dicte domus est dominus ut dixit feodi hujus honoris, cui predicto venditor absolvit et reddidit feodum, ideo ut dicto emptori, et ejus ordinio ad feodum concederet et laudaret, et inde habuit suos pax. Tunc frater Petrus Florencii preceptor predictus, recuperato suo feodo a predicto venditore, et pro suis pax quos inde habuit, de quibus se habuit et tenuit pro bene paccato et contento, laudavit et dedit et concessit ad feodum Bone Filie emptori et ejus ordinio pro se et ejus successoribus et pro omnibus et singulis fratribus dicte domus Tholose presentibus et futuris et vice et nomine dicte domus totum predictum malolem cum terra in qua est et cum introitu et exitu prout totum inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto laudavit, dedit et concessit ei de ejus ordinio totum predictum malolem ad feodum ut quoque anno tempore vindemiarum reddat preceptori et fratribus dicte domus Tholose quartum tocius illius vindemie que de toto predicto malole exierit fideliter et etiam bona fide, delatum ad domum dicti hospitalis Tholose, absque preceptoris et fratrum dicte domus aliqua missione. Et pro reacapte sex denarios Tholosanos quando evenerint, et de clamore hujus feodi fidem inde habeant preceptor et fratres dicte domus, et quatuor d. thol. pro

justicia si juste predicta feodotaria vel ejus ordinium inculpatur. Et quod predicta feodotaria vel ejus ordinium non possit predictum honorem dare ad superfeodum ullo modo, nec aliter a se alienare cur preceptor et fratres dicte domus possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc cuicumque voluerit, excepto milite ejusque filio, clerico et domo religionis, consilio tamen preceptoris et fratrum dicte domus, et reddat inde eis de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de unoquoque sol. pignoris unum obolum. Insuper frater Petrus Florencii preceptor predictis promisit et convenit pro se et nomine quo supra guirire hoc totum predictum feodum Bone Filie feodotarie predicte et ejus ordinio de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Actum fuit hoc, octavo die introitus mensis januarii, regnante Philippo rege Francorum, et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini M°CCC° secundo. Hujus rei sunt testes Bernardus Valenti et Bernardus Maurini bracerius, excepto laudamento domini feodi, de quo sunt testes frater Bernardus Laurencii ordinis Sancti Johannis capellanus dicte domus Tholose, et Guillelmus Farnerii bracerius, et Bernardus de Sancta Eulalia publicus Tholose notarius est de toto testis qui cartam istam scripsit.

299

26 janvier 1303

Après que Guillaume de Tortosa*, charpentier de la porte de Villeneuve, a vendu, avec l'accord de sa femme Pérégrine, à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans les quartiers nouveaux des Hospitaliers, pour la somme de 30 sous, Pierre de Florence donne à nouveau fief la même terre à Guillaume de* Colonia Alamanni*, chapelier, qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges au pressoir de la* domus *des frères hospitaliers à Toulouse et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 296.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Guillelmus de Tortosa carpenterius de porta Ville Nove sponte sua et gratuita voluntate de consilio et voluntate Peregrine uxoris sue ibidem presentis que omnia et singula infra scripta ita fieri voluit et concessit, que si aliquod jus rationem, actionem vel partem habebat vel habere debebat in honore infra scripto ratione sue dotis vel donationis propter nuptias vel aliter ullo modo, totum hoc quicquid sit vel esse possit dedit et cessit dicte Peregrina emptori infra scripto donatione et cessione pure et simplici inter vivos facta, vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Petro Florencii preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis ibidem presenti pro se et ejus successoribus ementi stipulanti et recipienti, medium aripentum malolis quartanerii cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo quem esse dixerunt ultra Yrcium in quartis novis dicte domus hospitalis, inter honorem heredum Marquesii Paticerii quondam ex parte una et exitum ex parte altera, et tenet de honore Raimundi Roardi, usque ad carrariam comunem.

Et hanc predictam venditionem fecit dictus venditor dicto domino preceptori et ejus successoribus pro precio triginta sol. tol. guiritorum, quod precium dictus venditor recognovit et concessit habuisse et recepisse in bona pecunia numerata ab emptore predicto.

Renunciavit etiam dictus venditor exceptioni non numerate pecunie non habite et etiam non recepte et exceptioni doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris auxilio. Et si forte dictus malolis superius venditus modo plus valet tempore presentis venditionis facte, vel valebit in futurum precio antedicto, totum illud plus seu magis valenciam

quicquid sit vel esse possit dedit et cessit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio donatione et cessione pura et irrevocabili inter vivos facta ad omnes voluntates ejusdem domini preceptoris et successorum suorum inde faciendas.

Et de hac venditione dicti malolis dictus venditor mandavit et promisit esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam dicto domino preceptori et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus de evictione et de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis. Et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus dicte domus a quibus dictus honor fevaliter tenebatur ad omnes eorum voluntates inde faciendas.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris de consilio et voluntate quorumdam fratrum ejusdem domus ibidem secum assistencium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, et fratris Poncii Papaylh presbiterorum, fratris Guillelmi Serrada, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Arnaldi de Fonte, et fratris Raimundi Gontardi dedit ad novum feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Guillelmo de Colonia Alamanni capellerio et ejus ordinio predictum medium aripentum malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo prout inter adjascentias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus et aportet seu aportari faciat suis propriis missionibus et expensis ad tortular Tholose dicte domus, quartam partem totius fructus qui de dicta vinea exierit. Et duos d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant domini, et de quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare vendere nec impignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possent inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum sexto die exitus mensis januarii regnum Philipo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini, millesimo trecentesimo secundo.

Hujus rei sunt testes Petrus Guillelmi Ovayrerius, et Bernardus Guillelmi clericus, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scirpsit.

300

8 octobre 1303 et 13 février 1304

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Pierre Jean Auzelle, fils de Raimond Auzelle de Beauville, à Pierre Jean Auzelle de Beauville d'une terre située au lieudit de l'Orme de Ramervilla*, pour un montant de 70 sous. Pierre de Florence récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Pierre Jean Auzelle de Beauville, qui devra livrer annuellement le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 301.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Petrus Johannis Auzelli, filius condam Raimundi Auzelli de Bovilla, per se et heredibus et successoribus suis et toto suo ordinio de consilio tamen voluntate et in presencia Raimunde uxoris sue, que totum hoc quod sequitur sic fieri voluit et concessit, vendidit et justo titulo et perfecte venditionis absolvit penitus et quitavit Petro Johanni Auzelli de Bovilla, ibidem presenti, et pro se et heredibus suis et ordinio,

solempniter stipulanti et recipienti totam illam terram, cum introitu et exitu, et pertinentis suis, — quod dixit se habere in loco vocato apud Ulmum de Ramervilla, inter honorem Poncii de Prinhaco ex duabus partibus et exitu et honorem ejusdem emptoris — ad habendum, tenendum et explectandum et quicquid eidem emptori et ejus heredibus et ordinio deinceps placuerit perpetuo faciendum, et hoc in precio et nomine precii LXX sol. tol. guiritorum, quos recognovit et concessit se habuisse et integre recepisse a predicto emptori in pecunia numerata, exceptioni predictorum LXX sol. tol. non habitorum et non receptorum, et doli, mali, fraudis, et deceptioni, et omni alii juri, predictus venditor omnino renuncians. Promitens inde dictus venditor super hoc bonam et firmam guirenciam predicto emptori et ejus ordinio facere et portare de omnibus amparatoribus et juris evictione excepta parte dominationis.

Et si forte predicta terra superius adjacenciata plus nunc valet vel valebit etiam in futurum precio antedicto, totum illud plus totamque magis valenciam dicto dedit emptori et ejus heredibus et ordinio, donatione et cessione habita inter vivos facta et perpetuo valitura, pro omni voluntate ejusdem emptori et ejus ordinio inde penitus et perpetuo facienda, sine aliquo rententu quem ibi non fecit nec retinuit ullo modo. Immo promisit ei bonus et firmus guirrens existere de se ipso et de omnibus petitoribus ex suis partibus in futurum. Et dictam Raimunda certificata de jure suo per me, notarium infrascriptum, renunciavit omni beneficio cenatus consulti Velleyany et juri ypothecarum et dotum suarum et omni alii juri canonico et civili, cum quo contra predicta vel aliquid predictorum venire posset vel se deffendere vel tueri.

Et solverunt predicti conjuges feodum predicti honoris domino seu dominis, a quo vel a quibus predictus honor fevaliter tenetur, ideo ut predictam venditionem et contenta in eadem predicto emptori et ejus ordinio concederent et laudarent. Hoc facto dominus frater Petrus Florencii, preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, audita et diligenter intellecta materiam predicte venditionis, et per suos pax quos a predicto emptori habuerat et receperat de quibus habuit et se tenuit pro bene paccato et contento, predictam venditionem et contenta in eadem, de consilio tamen voluntate, et in presencia fratris Bernardi de Gironda thesaurarii ejusdem domus, qui totum hoc quod sequitur sic fieri voluit predictam venditione predicto emptori et ejus ordinio laudavit et dedit ad feodum et de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire et deffendere hoc etiam aparare promisit et convenit.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feodum ut quoque anno det et persolvat predicto domino preceptori et fratribus predicte domus quartum tocius explecte que de dicta terra exierit bene et fideliter in garba vel in grano ad electionem predictorum dominorum. Et reacapte quando evenerit XII d. tol. per mortem domini prioris Sancti Egidii, vel per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant domini. Et IIII d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit[(a)] inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictam terram dare ad superfeodum nec dare, vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini predicti honoris possint inde perdere suos pax aut aliquid suarum dominationum, set si illam terram vendere vel inpignare voluerit faciat hoc consilio dominorum qui habeant de quoque sol. vende I denarium et de quoque sol. pignoris I obolum.

Hoc fuit VIII die introitus mensis octobris, regnante Phylippo Francorum rege, et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CCC° tercio.

Hujus predicte vendicionis sunt testes Guillelmus de Claromonte servinerius, et Vitalis Terreni, excepto tamen de laudamento predictorum dominorum feodi quod fuit factum XIII die introitus ejusdem mensis febroarii, de qua sunt testes frater Aymericus de Ecclesia, et frater Guillelmus Sarrada, et Arnaldus Pomerii, et Raimundus de Casalibus publicus Tholose notarius qui ad totum presens fuit et cartam istam scripsit.

(a) Écrit deux fois dans le texte.

301

8 mars 1304

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de mailleul situé dans le lieudit de Belle Barbe à Étienne Viguier du faubourg des Frères pénitents. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers douze deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 298.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus eidem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii presbiteri, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Johannis de Affariis et fratris Guillelmi Serrate, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Stephano Viguerio de barrio Penitencie, et ejus heredibus et ordinio, totam illam medallatam malolis, cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, quam esse dixerunt in loco vocato ad Pulcram Barbam, inter honorem Petri Vasconis ex una parte, et honorem Arnaldi Benedicti ex parte altera, et tenet de honore Raimundi de Fonte usque ad exitum.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus duodecim d. tol. oblias. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum, quas predictas oblias dictus feodotarius promisit pro se et ejus heredibus persolvere annuatim in dicto festo preceptori et fratribus ejusdem domus et alias dominationes ut evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum octavo die introitus mensis marcii regnante Philippo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tercio.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Boneti bracerius, et Roggerius Anglicus pancoserius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

302

9 septembre 1303

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, autorise la vente faite par Guillaume de Castanet, tisserand, à Guillaume Sycard, également tisserand, d'un demi-arpent de mailleul situé à la Devèze, dans le clos nouveau des Hospitaliers. Après avoir bien reçu sa pax *et récupéré son fief, Pierre de Florence le donne à Guillaume Sycard. Il devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges au pressoir de la* domus *des frères hospitaliers et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 299.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis audita et intellecta quodam venditione quam Guillelmus de Castaneto textor, fecerat Guillelmo Sycardi textori, et ejus ordinio, videlicet medii aripenti malolis, quod esse dixerunt apud Devesiam in clausu novo inter honorem Raimundi Tornerii et honorem Poncii de Prinhaco et honorem Arnaldi Beneit et carrariam comunem, prout in carta dicte venditionis confecta per manum Guillelmi Jordani publici Tholose notarii, ut prima facie apparebat melius et plenius continetur, dictus dominus preceptor recuperato feodo a predicto venditore pro suis pax quos inde recognovit habuisse et recepisse ab ipso emptore in bona peccunia numerata, pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, laudavit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire promisit dicto Guillelmo Sycardi, et ejus ordinio predictum medium aripentum malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, prout inter adjacientias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde et aportet et reddere et aportare teneatur suis propris expensis ad torcular domo Tholose dicti ordinis hospitalis, quartum tocius explecte que de predicto malole exierit, bona fide. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fide inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum

Et ibidem dictus feodotarius recepit dictum feodum a predicto domino preceptore cum conditionibus supradictis et promisit persolvere preceptori dicte domus quartum vindem[ie] et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum nono die introitus septembris regnum Philippo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tercio.

Hujus rei sunt testes Petrus Aymerici notarius, et magister Petrus de Luco, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

303

5 octobre 1303

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent de terre situé à la Devèze, dans le lieudit de Belle Barbe, à Raimond Mauran, changeur. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 300.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris consilio tamen et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus tunc secum assistencium videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi

Vitalis, fratris Guillelmi Serrada, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Arnaldi de Fonte, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Raimundo de Maurano campsori, et ejus ordinio, unum aripentum terre, cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt apud Devesiam in loco vocato ad Belam Barbam, inter honorem Arnaldi Benechii, ex parte una et honorem ejusdem feodotarii ex duabus partibus, et honorem Poncii de Prinhaco ex duabus partibus.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus decem et octo d. tol. oblias. Et reacapte quatuor d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, nec vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum quinto die introitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tercio.

Hujus rei sunt testes Petrus Johannes Auzello, et Raimundus Auzello ejus filius, et Guillelmus Benedicti notarius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

304

24 février 1303 et 21 août 1305

Bernard de Gironde, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Arnaud Escrivan et dame Brune, exécuteurs testamentaires de feu Hugues Berger, à Vital Berger, habitant de la porte Villeneuve, de deux mezalhades de mailleul situées au-delà de l'Hers, dans le lieudit du clos de l'Hôpital Saint-Jean, pour un montant 70 sous. Bernard de Gironde récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax, l'inféode à Vital Berger qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse tout en donnant la dîme due pour cet honneur.*

A. Original perdu.

B. Copie notariée, datée de décembre 1310 et rédigée par Pierre de Saint-André, notaire publique de Toulouse, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 320.

Noverint universi, quod Arnaldus Escrivani mercator et domina Bruna, uxor quondam Hugonis Ovelherii de porta Villa Nove, spondarii ut asseruerunt testamenti dicti Hugonis Ovelherii propter illam licentiam et potestatem quam predictus Hugo Ovelherii eisdem spondariis dederat et concesserat, vendendi, alienandi, dandi, dividendi et distribuendi omnia bona sua prout in carta dicti sui testamenti inde confecta per manum notarii infrascripti sicut ibi dictum fuit continetur, pro predicta licentia et potestate et ad complendum contenta in dicto testamento, Arnaldus Escrivani et domina Bruna spondarii predicti vendiderunt titulo pure ac perfecte et irrevocabilis venditionis et absolverunt Vitali Ovelherio ejusdem porte Ville Nove ibidem presenti pro se suisque heredibus et ordinio stipulanti ementi et recipienti duas mesalhatas mallolis, et plus si ibi est, cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, quas esse dixerunt ultra Yrcium in loco vocato ad clausum hospitalis Sancti Johannis, quarum una est

inter honorem Bernardi de Podio Siurano ex una parte, et honorem Arnaldi Aymerici ex altera, et inter duos exitus ex duabus partibus, alia vero est inter honorem Petri Guila ex una parte, et honorem Bernardi Bajuli ex altera et exitum ex altera. Quam quidem venditionem fecerunt dicti venditores nomine quo supra eidem emptori in precio et nomine precii septuaginta sol. tol. guiritorum quos ab eodem emptore in peccunia numerata habuisse et recepisse concesserunt, unde se habuerunt pro bene paccatis et contentis, renunciantes inde dicti venditores exceptioni dicte peccunie non numerate et non accepte et precii non habiti et non solviti, et doli mali et cuilibet exceptioni alii atque juri, exhuendo se predicti venditores nomine quo supra de possessione et tenezone predictarum duarum mesalhatarum superius venditarum in ipsum emptorem et ejus ordinium omne jus proprietatis et possessionis penitus transferendo. Et predicti venditores promiserunt et convenerunt inde eidem emptori et ejus ordinio esse guirentes et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus in judictio et extra excepta parte dominationis tanquam spondarii testamenti dicti Hugonis Ovelherii et absolverunt et reddiderunt dictos honores dominis a quibus dicti honores fevaliter tenentur, ideo ut illos dicto emptori et ejus ordinio concederent et laudarent.

Hec venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Bernardi de Gironda ordinis domus Hospitalis Sancti Johannis Jherusalem tesaurariique dicte domus tenentisque locum ut asseruit domini fratris Petri Florencii preceptoris dicte domus Hospitalis Sancti Johannis in Tholosa qui, pro se et ut locum tenens dicti domini preceptoris et omnibus fratribus dicte domus est inde dominus et recuperato feudo a predictis venditoribus et pro suis pax quos inde ab eodem emptore in peccunia numerata habuisse et recepisse concessit pro se et nomine quo supra dedit et laudavit ad feudum Vitali Overlherii emptori predicto et ejus ordinio predictas duas mesalhatas mallolis, et plus si ibi est, cum terra in qua sunt, et cum introitu et exitu, prout melius inter adjacentias includuntur supradictas.

Tali pacto dedit et laudavit nomine quo supra ei hoc predictos honores ad feudum ut quocumque anno tempore vendemiarum reddat inde eidem preceptori et fratribus dicte domus et deferat ad domum ipsorum fratrum in Tholosa sine omni ipsorum fratrum missione quartam partem de omni fructu et vendemia que inde exierit bona fide, et decima reddatur eisdem dominus in eodem honore. Si clamorem habuerint domini de eo pro hiis feudis fidejussores inde habeant et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et dictus feudotarius nec ejus ordinium non debet dictos honores dare ad superfeudum militi, clerico nec domui religionis, nec ullo alio modo a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Set si aliter illos vendere aut inpignorare voluerit, hoc faciat consilio et voluntate domini preceptoris dicte domus qui inde habeat de quoque sol. vende unum d. tol. et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Insuper dictus frater Bernardus de Gironda, pro se et nomine quo supra promisit et convenit inde eidem feudotario et ejus ordinio esse guirens de omnibus amparatoribus in judictio et extra ex parte dominationis.

Hoc fuit factum excepto laudamento dicti fratris Bernardi V° die exitus mensis febroarii, regnante Philippo rege Francorum, et Petro episcopoco Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo secundo.

Hujus rei sunt testes Petrus Arnaldus Catalani pontonerius et Guillelmus Laurencii frenerius. De laudamento vero dicti fratris Bernardi de Gironda quod fuit factum XI° die exitus mensis augusti sub anno Domini millesimo trecentesimo quinto, sunt testes Petrus de Prato et Arnaldus de Rivalibus et Raimundus de Santa Valle de barrio Sancte Katrine et Jacobus Regis publicus Tholose notarius qui, ad predicta omnia presens fuit, est de toto testis et cartam istam scripsit.

Hoc translatum transtulit Petrus de Sancto Andrea ex illa carta quam Jacobus Regis publicus Tholose notarius scripserat, eisdem verbis et rationibus mense decembris regnante

Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno millesimo trecentesimo decimo ab incarnatione domini.

Hujus facti translati sunt testes Bertrandus Michael et Geraldus de Bretis publici Tholose notarii, et idem Petrus de Sancto Andrea publicus Tholose notarius qui hoc scripsit. Bertrandus Michael publicus Tholose notarius subscripsit. Geraldus de Bretis publicus Tholose notarius se subscripsit.

305

15 juin 1306

Bernard de Molas, vivant près de Pouvourville, abandonne à Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, une pièce de terre située près de la Devèze dans le lieudit des Fontaines, jouxtant le domaine des Hospitaliers. Le précepteur lui donne ensuite cette même pièce de terre en fief pour quatre sous d'oublies, à livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers, et 6 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 302.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Bernardus de Molas, qui moratur apud Pobolvillam, sponte sua et gratuita voluntate, pro se et heredibus et ordinio, absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Petro Florencii, perceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem, ibidem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, stipulenti et recipienti totum illud jus, rationem, actionem et partem et quicquid juris idem Bernardus de Molas habebat vel habere debebat ratione infeodationis seu aliqua alia ratione modo vel causa in tota illa pecia terre quam esse dixerunt apud Devesiam, loco vocato ad Fontanas, inter carrariam communem ex una parte, et exitum ex parte altera, et honorem ejusdem hospitalis ex parte altera, sine aliquo retentu quam ibi dictus Bernardus non fecit, nec retinuit ullo modo.

Ymo mandavit et promisit idem Bernardus, pro se et ejus heredibus et ordine, esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omni petitione que ratione dicte terre nec in ipsa terra eidem domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus predictus pro ipso Bernardo vel per ipsum vel ex ejus partibus fierit vel fieri posset ullis temporibus in futurum.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi de Ecclesia, fratris Johannis de Affariis et fratris Guillelmi Serrate facta dicta absolutione et quitatione, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit dicto Bernardo de Molas, et ejus ordinio, totam predictam terra prout inter adjascentias includitur supradictis.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quatuor sol. tol. oblias. Et reacapte sex d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et

fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et ibidem dictus Bernardus de Molas, pro se et ejus heredibus, recepit dictum feodum a predicto domino preceptore et fratribus dicte domus sub pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire ejusdem domino preceptori et ejus successoribus et fratribus dicte domus annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum medio mensis junii regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Ademarii mercator, et Geraldus de Causaco notarius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

306

15 juin 1306

Après que Pierre Jean Auzelle, vivant à Beauville, a abandonné tout le droit qu'il avait sur deux arpents de terre quarteniers, situés près de la Devèze dans la condamine de l'Orme, à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, celui-ci lui rend à fief la même terre. Pierre Jean Auzelle devra désormais livrer tous les ans à la domus *des hospitaliers 12 deniers par arpent d'oublies et quatre deniers par arpent de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 303 et 381.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Petrus Johannes Auzelli qui moratur apud Bovillam sponte sua et gratuita voluntate pro se et ejus heredibus et ordinio absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Petro Florencii, preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerusalem ibidem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, stipulenti et recipienti totum illud jus, rationem, actionem et partem, quod et quam idem Petrus Johannes habebat vel habere debebat ratione infeodationis vel aliqua alia ratione modo vel causa in duobus aripentis terrarum quartaneriarum que esse dixerunt apud Devesiam in condamina vocata de Ulmo, inter exitum ex una parte, et honorem quartanerium ejusdem Petri Johannis ex parte altera, et tenet de malole qui fuit Guillelmi Amelii usque ad exitum. Sine aliquo retentu quem ibi dictus Petrus Johannes non fecit nec retinuit ullo modo, ymmo mandavit et promisit pro se et ejus heredibus et ordinio esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omni petitione que pro ipso Petro Johannes vel per ipsum vel ex ejus partibus eidem domino preceptori vel ejus successoribus et fratribus dicte domus fieret ratione dicte terre nec in ipsa terra fieret, vel fieri posset ullis temporibus in futurum.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris de consilio et voluntate et expresso assensu fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurari ejusdem domus, fratris Raimundi Vitalis, fratris Raimundi Gontardi, fratris Raimundi de Ecclesia, fratris Johannis de Affariis, et fratris Guillelmi Serrada facta dicta absolutione et quitatione dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit eidem Petro Johanni et ejus ordinio predicta duo aripento terrarum cum introitibus et exitibus suis, prout inter adjacentias predictas includitur.

Tali pacto dedit ei ad feodum et ejus ordinio ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus pro quolibet dictorum duorum aripentorum,

duodecim d. tol. oblias. Et reacapte pro quolibet aripento quatuor d. tol. quando evenerit, et hoc per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii tantum. Et de clamore hujus feodi fide inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare, vendere nec impignorare milti nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suorum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et ibidem dictus feodotarius recepit dictum feodum a dicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis, et promisit facere et servire preceptori et fratribus ejusdem domus annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum medio mensis junii regnum Philipo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Ademarii mercator et Geraldus de Causaco notarius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

307

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées près de la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Jacques de Foix du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et trois deniers tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 304.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regambaudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Jacobo de Fuxo de barrio Penitencie, et ejus ordinio, tres pogesatas terre ad plantandum ibi vineam quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Raimundi de Podio ex una parte, et honorem dicti hospitalis ex duabus partibus et carrariam seu exitum ejusdem honoris.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus decem et octo d. tol. oblias. Et reacapte tres turonenses quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feudotarius recepit dictum

feodum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Petrus de Bretesio, et Johannes Vasconis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

308

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé près de la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Pierre Brette du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 305.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regambaudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Petro de Bretesio de barrio Penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum terre ad plantandum ibi vineam quod esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem dicti hospitalis ex una parte, et honorem eidem die infeodatum Johanni Vasconi ex parte altera, et tenet de honor Poncii de Prinhaco, usque ad carariam comunem.

Tali pacto dedit ei ad feodum et ejus ordinio ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus duos sol. tol. oblias. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feudotarius recepit dictum feodum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus predictus et promisit facere et servire annuatim dictas oblias annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Johannes Vasconis, et Raimundus de Podio bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

309

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de terre situé à la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Pierre Gascon du faubourg des Frères pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 308.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regambaudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte et fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Petro ~~de~~ Vasconi de barrio Penitencie, et ejus ordinio, medium aripentum terre ad plantandum ibi malolem quod est apud Devesiam, inter honorem Johannis Vasconis ex una parte, et honorem dicte domus hospitalis ex parte altera et tenet de honore Poncii de Prinhaco usque ad carrariam publicam.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus duos sol. tol. oblias. Et reacapte duos d. tol. per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feudotarius recepit dictum feodum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Poncius de Brecesio, et Johannes Vasconis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

310

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées à la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Raymond Delpech du faubourg des frères pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et trois deniers tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 309.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regambaudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte et fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Raimundo de Podio de barrio Penitencie, et ejus ordinio, tres pogesatas terre ad plantandum ibi malolem quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem ejusdem hospitalis ex duabus partibus et honorem Poncii de Prinhaco ex parte altera et carrariam comunem ex altera.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus decem et octo d. tol. oblias. Et reacapte tres turonenses quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feudotarius recepit dictum feodum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire eidem domino preceptori et fratribus annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Poncius de Brecesio, et Johannes Vasconis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

311

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située à la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Pierre Salvol de Beauville. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et un denier de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 310.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regambaudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte et fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Petro de Salvola de Bovilla, et ejus ordinio, una medallatam

terre, cum introitu et exitu, ad plantandum ibi vineam que est apud Devesiam, inter honorem Bernardi Catalani ex una parte et honorem dicti hospitalis ex parte altera, et tenet de honore Poncii de Prinhaco, usque ad exitum.

Tali pacto dedit ei ad feodum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus duodecim d. tol. oblias. Et reacapte unum d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias dictus feodotarius promisit persolvere annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Poncius de Brecesio, et Johannes Vasconis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

312

20 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées à la Devèze, et jouxtant le domaine des Hospitaliers, à Bernard Catalan du faubourg des Pénitents. Il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et 3 deniers tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 311.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Regani Baudi presbiterorum, fratris Raimundi Vitalis, fratris Arnaldi de Fonte et fratris Johannis la Gachia, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Bernardo Catalani de barrio Penitencie, et ejus ordinio, tres pogesatos terre ad plantandum ibi malolem quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Jacobi de Fuxo ex una parte, et honorem dicti Hospitalis ex duabus partibus et exitum ex altera.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus decem et octo d. tol. oblias. Et reacapte tres turonenses quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio

preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feudotarius recepit dictum feodum a predicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis, et promisit facere et servire annuatim dicto festo preceptori et fratribus dicte domus dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum duodecimo die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Poncius de Brecesio, et Johannes Vasconis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

313

27 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées près de la Devèze à Étienne Viguier du faubourg des Frères pénitents. Sous un délai d'un an, il devra y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 18 deniers d'oublies et trois deniers tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 306.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio tamen et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillelmi de Lauraco et fratris Raimundi Fabri preceptoris de Sancto Claro, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Stephano Viguerio de barrio Penitencie, et ejus ordinio, tres pogesatos terre ad plantandum ibi vineam quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Poncii de Prinhaco ex duabus partibus, et honorem Petri Vasconis ex parte altera, et carrariam comunem ex altera.

Tali pacto ut infra unum annum ibi plantaverit vineam, et quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus decem et octo d. tol. oblias. Et reacapte tres turonenses quando evenerit et hec per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suorum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias dictus feodotarius promisit persolvere annuatim in dicto festo fratribus dicte domus et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum quinto die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Petrus Johannes Raymondi, et Johannes Aymonis bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

314

27 octobre 1306

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères une mezalhade de terre située près de la Devèze à Jean Aymont, brassier du faubourg des Frères pénitents, et à ses frères, Pierre et Bernard. Sous un délai d'un an, ils devront y planter une vigne et livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et un denier de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 307.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Guillelmi de Lauraco et fratris Raimundi Fabri preceptoris de Sancto Claro, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Johannis Aymonis bracerio de barrio Penitencie presenti, pro se et pro Petro et Bernardo fratribus suis absentibus, stipulanti et recipienti, unam medallatam terre ad plantandum ibi vineam que est apud Devesiam, inter carrariam communem ex dua parte, et honorem Poncii de Prinhaco ex parte altera, et honorem Petri de Salvola ex altera.

Tali pacto ut infra annum plantaverit ibi vineam, et quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddant inde preceptori et fratribus dicte domus duodecim d. tol. oblias. Et reacapte unum d. tol. quando evenerit et hec per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predicti feodotarii non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias dictus feodotarius pro se et fratribus suis promisit facere et servire annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo predicto.

Hoc fuit factum quinto die exitus mensis octobris regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Stephani Vigueri, et Petrus Johannis Raynardi bracerii, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

315

8 mai 1307

Après que Guillaume Anger, brassier de la porte Neuve, a vendu, avec l'accord de sa femme Raimonde, à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, deux arpents de terre diminués d'une pogésée, situés à la Devèze entre les honneurs des Hospitaliers, pour la somme de 33 sous et quatre deniers, Pierre de Florence donne à nouveau fief la même terre à Arnaud Cerrin, du carrefour appelé d'en Lagers*. Il devra y planter une vigne et livrer*

tous les ans à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse sept sous et six deniers d'oublies et 7 deniers et une obole de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 313.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Guillelmus Angerii bracerius de porta Nova sponte sua ad persolvendum sibi in parte et triginta sol. tol. quo idem Guillelmus dixit se habere in bonis Raimunde uxoris sue quondam ratione sue dotis pro se et ejus heredibus et ordinio vendidit et titulo perfecto et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit cum hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro, domino fratri Petro Florencii preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ementi, stipulanti et recipienti, duo aripenta minus unum pogesatam terre quam esse dixerunt apud Devesiam inter honorem ejusdem hospitalis ex duabus partibus et honorem Poncii de Prinhaco ex parte altera, et carrariam communem, videlicet ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori et ejus successorum inde placuerit faciendum.

Et hanc predictam venditionem fecit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio pro precio triginta trium sol. et quatuor d. tol. cum flore, quod precium dictus venditor recognovit et concessit habuisse et recepisse a dicto emptore in bona pecunia numerata. Renunciavit etiam dictus venditor exceptioni non numerata pecunie non habite et etiam non recepte et exceptioni doli mali conditioni sine causa, et in factum actioni, et omni alii jurii canonico et civili quo contra predictam venire posset vel aliquod predictorum.

Et ibidem dictus venditor gratis expoliavit se de omni jure et actione quod et quam habebat vel habere debebat in dicta terra superius vendita et investivit inde dictum emptorem in quantum potuit verbo et cum hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro. Et de omni hac venditione dicte terre dictus venditor mandavit et promisit esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus ejus dicte domus a quibus dictus honor fevaliter tenebatur ad omnes eorum voluntates et successorum suorum inde faciendas.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Bernardi Laurencii, fratris Raimundi Vitalis, fratris Aymerici de Ecclesia et fratris Adce clavigeri dedit ad feodum novum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Arnaldo Cerrini de quadrivio vocato den Lagers pro se et ejus heredibus stipulanti et recipienti totam predictam terram cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias includitur supradictis.

Tali pacto ut plantet et teneat ibi semper vineam, et reddat inde preceptorii et fratribus ejusdem domus septem sol. et sex d. tol. cum flore obliarum annuatim in festo Omnium Sanctorum. Et septem d. et obolem tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam in feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare vendere nec impignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec leprosis nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suorum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris, unum obolum.

Et ibidem dictus feodotaris recepit dictum feodum a dicto domino preceptore et fratribus supradictis et promisit facere et servire eis et eorum successoribus dictis oblias quoque anno in dicto festo et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum octavio die introitus mensis madii, regnum Philipo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo septimo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Sabadi de quadrivio den Lagers et Villelmus de Mazeriis de porta Nova, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

316

1er juin 1307

Après que Pierre de Savola, fils de feu Pierre de Savola *et vivant à Beauville, a vendu, avec l'accord de sa mère Alazais, à Pierre de Florence, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, 13 arpents et demi de terre situé au lieudit de Belloc, pour la somme de 200 sous, Pierre de Florence donne de nouveau à fief la même terre à Guillaume de Mauran, changeur, qui devra donner tous les ans aux frères hospitaliers de Toulouse 27 sous d'oublie avec fleur et quatre deniers par arpent de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 314.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Petrus de Savola, filius quondam Petri de Savola, qui dixit se morari apud Bovillam sua sponte pro se et heredes suos et ordinium, de consilio tamen et expresso assensu Aladaycie matris sue que hoc totum ut subsequitur ita fieri voluit et concessit, vendidit tytulo perfecte et irrevocabilis venditionis et vendendo traddidit et absolvit domino fratri Petro Florencii preceptor domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose ibidem presenti, ementi et recipienti pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, tresdecim aripenta et dimidia terre et plus si ibi est, cum loco in quo sunt, et cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus et pertinentiis suis, que esse dixerunt in loco vocato a Belloc, inter feodum Poncii de Prinhaco ex tribus partibus et inter feodum domus hospitalis ex alia et honorem Raimundi de Savola ex altera.

Hanc autem venditionem fecit et concessit dictus venditor preffato emptor et ejus successoribus, precio et nomine precii ducentorum sol. tol cum flore, quod precium dictus venditor recognovit et conffessus fuit se habuisse et recepisse ab emptor predicto in bona pecunia numerata de quo precio dictus venditor pro bene pacato se tenuit contento. Exceptioni non numerate, pecunie non habite nec recepte, et doli mali conditioni, sine causa et in factum actioni et omni alii juris auxilio, dictus venditor omnino renunciavit et ibidem dictus venditor spoliavit se de omni jure et possessione quod et qua ipse habebat vel habere debebat in dictis terris et honoribus et investivit inde in quantum potuit predictum emptore et ejus successores cum quibusdam cartis pertinentibus firmitati dictarum terrarum eidem emptore tradito in signum tradite et aprehense possessionis et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro.

Et si forte dictus venditor de cetero aliquid possederit vel videbitur possidere in dicta terra superius vendita et confrontata, constituit se illud precario possidere nomine emptore predicti donec ipse emptor vel ejus successores de predicta terra superius vendita possessionem receperit corporalem qua accipiendi et retinendi deinceps sua propria auctoritate dictus venditor eidem emptore et ejus successoribus licencie omnimodam contulit atque dedit jussu vel licencie judice vel cujuslibet alterius minime requisito. Et de omni hac venditione dictus venditor mandavit et promisit firmati sollempni stipulatione sub bonorum suorum omnium ypoteca et

obligatione inde esse guirens dicto emptore et ejus successoribus de omnibus amparatoribus et jure evictione, excepta parte dominationis.

Et si forte dicta terra superius vendita modo plus valet vel valebit in futurum precio supradictum, totum illud plus seu magis valencia quicquid sit vel esse possit dictus venditor dedit et cessit, donatione et cessione pura et simplici inter vivos facta, prefato emptore et ejus successoribus pro omni sua voluntate facienda. Propter quod renunciavit scienter et consulte dictus venditor jure dicenti donationem factam ex causa ingratudinis posse legitime revocare et legi de recindenda venditione que incipit : « rem majoris precii », et cum alii juris auxilio que juvari vel tueri se posset contra predicta vel aliquod de predictis.

Item predictus venditor absolvit et reddidit hoc feodum dicto domino preceptori et fratribus dicte domus a quibus illud ut dixit fevaliter tenebatur pro omni sua voluntate facienda. Et ibidem dictus dominus preceptor sua sponte pro se et omnibus fratribus dicte domus presentibus et futuris, consilio tamen et expresso assensu quorumdam fratrum dicte domus tunc ibidem assistencium, videlicet[(a)] fratris Bernardi de Gironda capellani tesaurarii dicte domus, fratris Sancii Fortanerii presbiteri, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Guillelmi Petri Raimundi et fratris Guillelmi de Lauraco, qui hoc totum ut subsequitur ita fieri voluerunt et concesserunt, dedit de novo ad feodum seu in emphyteosim ac et de omnibus amparatoribus sub bonorum omni dicte domus ypoteca et obligatione guirire convenit et promisit Guillelmo de Maurano campsori, filio Raimundi de Maurano, et ejus ordinio predicta tresdecim aripenta et dimidium terre, et plus si ibi est, cum loco in qua sunt, et cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus et pertinentiis suis, prout melius et plenius jure adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto dedit ei hoc feodum ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum det et servat dicto domino preceptori vel fratribus dicte domus hospitalis, viginti septem sol. tol. cum flore nomine obliarum. Et retroacapte quando evenerit IIII^{or} d. tol. pro quolibet aripento predictorum videlicet per mortem prioris Sancti Egidii vel per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et IIII^{or} d. tol. justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus et quod predictus feodotarii nec ejus ordinium non possit hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare, vendere nec impignorare militi nec filio militis nec clerico nec domui religionis nec leprosis nec domui confratrie nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquod suarum dominationum, set si predictam honorem vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio dominorum dicte domus et reddat inde eis de quoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol. pignoris I obolum.

Recognovit dictus dominus preceptor se fecisse et concedisse predictam infeodationem dicto feodotario et ejus ordinio pro ducentis sol. tol., quos a dicto feudotario et causa predicte infeodationis recognovit et confessus fuit se habuisse et recepisse et ipsos misisse et posuisse in utilitatem et comodum dicte domus hospitalis de quibus ducentis sol. tol. dictus dominus preceptor pro bene pacato se tenuit et contento. Exceptioni non numerate pecunnie non habite nec recepte et doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omni alii jure auxilio dictus dominus preceptor omnino renunciavit. Et ibidem dictus feodotarius recepit dictum feodum a dicto domino preceptore sub modis, pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire eidem domino preceptore vel fratribus dicte domus predictas oblias quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum et dictas dominationes uti evenerint in futurum pro feodo supradicto.

Hoc factum fuit prima die mensis junii regnante Phylipo Francorum rege et Gualhardo Tholose episcopo, anno millesimo trecentesimo […] ab incarnatione domini. Hujus rei sunt testes Johannes Catalani, filius magistri Guillelmi Catalani surgici, et Arnaldus Canta clerici et Raimundus Bavili publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) « videli » dans le texte.

317

17 juin 1308

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de terre situé à la Devèze, au lieudit du Coteau de Beauville, à Vital de Roqueville, tailleur de la rue des Tailleurs. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 315 et 316.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Sancii Fortanerii, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Adce de Bodaco et fratris Guillelmi Serrada, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Vitali de Rochovilla affactatori de carrariam affactatorum, et ejus heredibus et ordinio, unum aripentum et dimidium terre, et plus qui ibi est et cum introitu et exitu suo, quam esse dixerunt apud Devesiam loco vocato ad costatum de Bovilla, inter honorem Petri Johannis Auzelli ex tribus partibus, et honorem Poncii de Prinhaco ex parte altera.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus tres sol. tol. bonorum obliarum. Et reacapte sex d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Et ibidem dictus feodotarius recepit dictum feodum a dicto domino preceptore et fratribus sub pactis et conditionibus supradictis et promisit facere et servire annuatim in dicto festo preceptori et fratribus dicte domus dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum Tholose quartodecimo die exitus mensis junii regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo octavo.

Hujus rei sunt testes Petrus Johannes Auzelli et Raimundus de Santa Valle, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

318

17 juin 1308

Pierre de Florence, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un arpent et demi de terre situé à la Devèze, au coteau du Rivillon, à Pierre Jean Auzelle de Beauville. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié dont les deux parties ont été conservées, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 317.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus Florencii, preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris, dedit ad feodum ac etiam de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Sancii Fortanerii, fratris Aymerici de Ecclesia, fratris Adce de Bodaco clavigeri, et fratris Guillelmi Sarada et etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Petro Johanni Auzelli de Bovilla, et ejus ordinio, unum aripentum et dimidium terre, quam esse dixerunt apud Devesiam in loco vocato ad costatum de Revilho, inter honorem Poncii de Prinhaco, et honorem eodem die infeodatum per dictum dominum preceptorem Vitali de Rochovilla ex parte altera et tenent de honore ejusdem Poncii de Prinhaco usque ad honorem ejusdem feodotarii.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus tres sol. tol. obliarum. Et reacapte sex d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias, dictus feodotarius promisit facere et servire preceptori et fratribus ejusdem domus et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum Tholose quartodecimo die exitus mensis junii regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo octavo.

Hujus rei sunt testes Raimundus de Santa Valle, et Vitalis de Rochovilla affactator, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

319

8 et 15 février 1309

Bernard de Gironde, chapelain et trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Bonne, fille de Michelle et femme de feu Durand Michel, avec l'accord de ses fils Guillaume Michel et Pierre Michel, à Raimond de Narsi*, tisserand, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit du clos de Saint-Jean, pour un montant de 53 sous et quatre deniers. Raimond Maurin, précepteur de la maison de l'Hôpital de Toulouse, récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Raimond de* Narsi *qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus des frères hospitaliers à Toulouse et six deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 318.

Noverint universi presenter pariter et futuri, quod Bona filia Michaela uxor Durandi Michaelis quondam de consilio et voluntate et expresso assensu Guillelmi Michaelis, et Petri Michaelis filiorum suorum qui omnia et singula infra scripta ita fieri voluerunt et concesserunt, vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit Bernardo Raimundi de Narsi textori presenti pro se et ejus heredibus et ordinio, ementi, stipulanti et recipienti, totum illud medium aripentum malolis quartanerii cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo quod esse dixerunt ultra Yrcium loco vocato ad Clausum Sancti Johannis, inter honorem Bernardi […]avi ex una parte, et honorem Arnaldi sabaterii de Poncio de Prinhaco ex parte altera, et honorem Jacobi de Pinu ex parte [una] et exitum ex altera, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid eidem emptori et ejus heredibus deincep[s pl]acuerit perpetuo faciendum.

Et hanc predictum venditionem fecit dicta venditrix dicto emptori et ejus ordinio pro precio quinquaginta trium sol. et quatuor d. tol. guiritorum, quod precium dicta venditrix recognovit et concessit habuisse et recepisse a dicto emptori in bona pecunia numerata.

Renunciavit etiam dicta venditrix exceptioni non numerate pecunie, non habite et etiam non recepte, nec ei tradite et exceptioni doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omnium alii juris et facti auxilio. Et si forte dictus malolis superius venditus tempore presentis venditionis facte plus valebat seu etiam valebit in futurum precio supradicto, totum illud plus seu magis valenciam quicquid sit vel esse possit dedit et cessit dicta venditrix dicto emptori et ejus ordinio donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem emptoris et heredum suorum inde faciendas. Renunciavit in super dicta venditrix certiorata de jure suo juribus dicentibus donationem factam causa ingratudinis posse revoccari et omni alii juri canonico et civili quo contra predicta venire posset vel aliquod predictorum. Et ibidem dicta venditrix gratis expoliavit se de omni jure et actione quod et quam habebat vel habere debebat in dicto malole superius vendito et investivit inde dictum emptorem in quantum potuit verbo et facto et tam hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro, et de omni hac venditione dicti malolis dicta venditrix mandavit et promisit esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam et evictionem dicto emptori et ejus ordinio de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et absolvit et reddidit feodum preceptori et fratribus domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerusalem a quibus dictus honor fevaliter [tenebatur] ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio concederent et laudarent.

Preterea dictus Guillelmus Michaelis asserens se esse minnorem viginti quinque annorum majorem tamen quatuordecim omnia et singula supradicta tenere, complere et observare et non contrafacere vel venire per se nec per personam interpositam de jure vel de facto, palam vel oculte, juravit ad Sanctam Dei evangeliam corporaliter manu tacta.

Preterea dicta venditione fuit facta consilio et voluntate fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus hospitalis gerentis vices domini Raimundi Maurini preceptoris ejusdem domus qui recuperato feodo a predictam venditione pro suis pax quos inde habuit et recepit a dicto emptore in bona pecunia numerata pro scripto et pro dicto domino preceptore ejusdem domus et pro omnibus et singulis fratribus ejusdem domus, laudavit ad feudum ac etiam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire promisit eidem[(a)] emptori et ejus ordinio totum predictum malolem cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde preceptori et fratribus ejusdem domus et aportet seu aportari faciat, suis propris missionibus et expensis, ad dictam domum hospitalis quartum totius vindemie que de dicto malole exierit. Et sex d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hanc predictum

honorem dare ad superfeodum nec dare vendere nec alienare militi nec suo filio nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum, sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum quinto die introitus mensis februarii, excepto laudamento dicti thesaurarii quod fuit factum octavo die introitus ejusdem mensis regnum Phylipo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo octavo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Sabaterii tornerius et Johannes Custauderium clericus, excepto dicto laudamento de quo sunt testes Arnaldus Sabaterii tornerius et Arnaldus Catalani bracerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius est de toto testis qui cartam istam scripsit.

(*a*) « Eidem » répété par erreur.

320

16 février 1310

Bernard de Gironde, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, et Brémond Maurin, chevalier précepteur de la même maison, louent et approuvent la vente faite par Jean de Rival, fournier, vivant à Saint-Cyprien, d'un demi-arpent de vigne situé à la Côte de la Devèze, dans les quartiers nouveaux de la maison de l'Hôpital, à Nicolas Dubois, plumassier, pour la somme de trente sous. Les Hospitaliers récupèrent le fief puis, après avoir perçu leur pax, l'inféodent à Nicolas Dubois qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges à la domus *des frères hospitaliers et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 319.

Noverint universi, quod Johannes de Rivalibus fornerius qui dixit se morari apud Sanctum Suprianum, et Bernarda suis uxor, sua sponte vendiderunt et vendendo absolverunt et quitaverunt Nicolauo de Bosco plumaterio, et Ysabe ejus uxori, ibidem presentibus, et dictam venditionem recipientibus pro se ipsius et eorum ordinio, medium aripentum vinee, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu — quam esse dixerunt apud Costam de Devesia in cartis novis domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani Tholose, inter honorem Bernardi de Novelhas ex una parte, et inter honorem Petri de Mansso ex parte altera, et inter honorem Bernardi Rasivi ex altera, et inter honorem Bernardi Boerii de Villa nova, et tenet de honoris Bernardi de Bovila, usque ad exitum comunem — precio et nomine precii triginta sol. tol. guiritorum, que totum precium dicti venditores recognoverunt et concesserunt se habuisse et recepisse a dictis emptoribus in bona pecunia numerata, de quo toto precio dicti venditores se habuerunt et se tenuerunt pro bene pacatis et contentis, exceptioni dicti precii ex causa predicta non habitorum nec receptorum et eis non traditorum ac spei future conditionis, confidentie doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris et facti auxilio omnino renunciantes. Et si dicta vinea vel aliqua ejus pars valet plus nunc dicto precio vel est in posterum plus valituro, totum illud plus et magis valenciam quicquid et quantumcumque sit, dicti venditores dederunt, cesserunt et donando tam tulerunt dictis emptoribus, et eorum ordinio, pro omni sua voluntate, et eorum ordinium, inde de toto perpetuo facienda, sine aliquo retentu quem ibi non fecerunt, nec retinuerunt ullo modo. Immo promiserunt et convenerunt inde dicti venditores, dictis emptoribus, et eorum ordinio, facere et portare bonam et firmam guirenciam et jure evixtione excepta parte dominationis. Constituentes se, dicti venditores, precario nomine

ipsorum emptorum possidere dictam vineam, donec, ipsi emptores, possessionem vel quasi acceperunt corporalem, quam accipiendi et retinendi licenciam omnimodam eisdem dederunt et contulerunt ; et reddiderunt feodum dicti venditores preceptori dicte domus, et fratribus dicte domus Sancti Johannis, a quibus dictus honor superius venditus fevaliter tenebatur, ideo ut illud dictis emptoribus, et eorum ordinio, concederent et laudarent. Bernarda venditrix predictam sertificata de jure suo par me notarium infrascriptum, renunciavit juri ypothecarum suarum et bene facto senatus consulti Velleyani, legi Julii et « sica mulier »[(a)] de fundo dotali et omni alii juris et facti auxilio omnino renuncians.

Preterea dicta venditionem fuit facta consilio et voluntate domini fratris Bernardi de Gironda, tesaurarii et locum tenentis domini fratris Bremondi Maurini militis preceptoris dicte domus hospitalis Sancti Johannis Jerosomitani, qui recuperato feodo a predictis venditoribus, pro suis pax quos inde habuit et recepit a dictus emptore in bona pecunnia numerata, pro se et dicto domino preceptore et ejus successore et fratribus dicte domus presentibus et futuris laudavit ad feodum nomine quo supra ac eorum de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire et deffendere promissit Nicolano de Bosco et Ysabe emptoris predictis ibidem presentibus et eorum ordinio, predictum medium aripentum vinee, cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias includitur antedictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum, reddant et defferant seu defferri faciant preceptori et fratribus dicte domus in Tholosa in domo ipsorum fratrum sine missione preceptoris et fratrum dicte domus, quartam partem totius vindemie que de dicta vinea exierit.

Et II d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii, et per mortem feodotarii tantum. Et de clamoris hujus feudi fidem inde habeant domini, et IIII^{or} d. tol. justiciam si feodotarii predicti juste fuerint inculpati, et predicti feodotarii vel eorum ordini non debent predictum honorem dare ad super feodum nec dare, vendere nec inpignorare militi nec suo filio, clerico nec domui religionis nec aliter ullo modo a se alienare cur domini possint inde perdere pax nec aliquid suarum dominationum, set si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerint, faciant hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de quoque sol. venditionis I denarium et de quoque sol pignoris, unum obolum. Promiserunt etiam dicti emptores persolvere bene et fideliter preceptori et fratribus dicte domus dictum quartum dicte vindemie quoque anno et alias dominationes uti invenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum Tholose XIII die exitus mensis febroarii, regnum Philippo rege Francorum et Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CCC° nono. Hujus rei sunt testes Thomas Bonaventura, Petrus Garisine clericus et Johannes furnerii de furno Templi, et Bernardus de Prinhaco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Lire : « si qua mulier ».

321

11 novembre 1311

Après que Pierre Gascon, brassier de la porte Saint-Étienne, a vendu à Aymeric de Tarin, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans les quartiers nouveaux des hospitaliers, pour la somme de 12 sous, Aymeric de Tarin donne en fief la même terre à Durand de Saint-Pons, cordonnier de la rue Peyras, qui devra livrer tous les ans le quart de ses vendanges au pressoir de la domus *des frères hospitaliers à Toulouse.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 322.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Petrus Vasconis bracerius de porta Sancti Stephani sponte sua pro se et ejus heredibus et ordinio vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Aymerico de Tarino, preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerusalem ibidem presenti, pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris, ementi et recipienti, medium aripentum malolis quartanerii cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo quam esse dixerunt ultra Yrcium, in quartis novis dicte domus, inter honorem Arnaldi Garcie et carrariam communem et exitum, ad habendum tenendum et possidendum et quicquid eidem domino preceptori et ejus successoribus deinceps placuerit perpetum faciendum.

Et hanc predictam venditionem fecit dictus venditor dicto domino preceptori et ejus successoribus pro precio duodecim sol. tol. quod precium dictus venditor recognovit et concessit habuisse et recepisse a dicto domino preceptore in bona pecunia numerata. Renunciavit etiam dictus venditor exceptioni non numerate pecunie, non habite et etiam non recepte, et nec ei tradite et omni alii juris et facti auxilio. Et si forte dictus malolis superius venditus tempore presentis venditionis facte plus valebat seu etiam valebit in futurum precio supradicto, totum illud plus seu magis valencia quicquid sit vel esse possit, dedit et cessit dictus venditor eidem domino preceptoris et ejus succesoribus donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem domui preceptoris et fratrum dicte domus inde faciendas. Et de omni hac venditione dicti malolis dictus venditor mandavit et promisit esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam et evictionem eidem domino preceptori et fratribus ejusdem domus de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus ejusdem domus ad omnes eorum voluntates inde faciendas.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris et consilo fratrum ejusdem domus, videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Bernardi de Gironda capellani et thesaurarii ejusdem domus, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Guillelmi de Lauraco dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Durand de Sancto Poncio sabaterio de Payranis ibidem presenti et ejus heredibus totum predictum malolem cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, prout inter adjacentias includitur supradictis.

Tali pacto(a) ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde et asportetseu asportari faciat suis propriis missionibus et expensis ad tortular ejusdem domus hospitalis Tholose quartam partem totius fructus qui inde exierit. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus et predictus feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum nec dare, vendere nec impignorare militi nec suo filio nec clerico nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suorum dominationum, sed si predictum honorem vendire vel impignorare voluerit faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose undecime die introitus mensis novembris, regnum Philipo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini, millesimo trecentesimo undecimo.

Hujus rei sunt testes Willelmus Bernardi thesorerius, Michelius Arnaldi de Sancto Laurenscio et Petrus de Bayta bracerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) « Tali pacto » répété par erreur.

30 mars 1312

Jean Olier, fustier et habitant du faubourg des Pénitents, curateur nommé par Guillaume de Montislavis*, docteur en droit de la justice ordinaire de Toulouse et de la cour du sénéchal et vicaire du Toulousain et de l'Albigeois, en défense des biens de feu Arnaud* Stolani*, habitant du même faubourg, vend à Adémar du Frêne, marchand, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans le lieudit d'*Altabresis pour la somme de *30 sous.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 321.

Noverint universi quod Johanes Olerii fusterius qui moratur in barrio Penitentie, curator datus per dictum Guillelmum de Montislavis, legum doctorem, judicem ordinarium Tholose et curie sigilli majoris seneschalie et vicarie Tholosane et Albiense, bonis vaccantibus, et in deffensis Arnaldi Stolani condam de dicto barrio Penitencie, nomine curatorio constitutus in presentia ejusdem domini judicis in curia domini vicarii Tholose pro tribunali sedentis, vendidit justo titulo perfecte venditionis et irrevocabilis et vendendo dedit, cessit, concessit, transtulit ac perpetuo dereliquit Ademario de Fraxino mercatori ementi, pro se suisque heredibus et ordinio, totum illud medium aripentum malolis, et plus vel minus si ibi est, cum terra in qua est, et cum suo introitu et exitu, — quem esse dixerunt ultra Yrcium, in loco vocato Altabresis, inter honorem Guillelmi Stolani ex parte una, et honorem Garini braserii ex parte altera, et tenet de uno exitu usque ad alium — precio triginta sol. tol. bonorum guiritorum. Et quos recognovit et confessi fuit habuisse et recepisse dictus curator nomine curatoris et recepisse in bona pecunia numerata de qua bene se habuit ac tenuit pro paccato et contento, ad satisfaciendum Gueralde, uxoris dictus Arnaldi Solani condam, de dote sua et dotalicio suo quathinus se extendet precium antedictum et astatum quo precio fuerit per villam Tholose publice. Et si nunc plus valet aut valeat in futurum dicto precio, totum illud plus quantumcumque sit aut esse possit dictus curator, nomine curatorie, dedit dicte emptori donationis pura simplici et irrevocabili inter vivos facta sine retentione quam ibi non fecit, nec apposuit ullo modo, constituens se possidere dictum honorem nomine dicte emptoris quos inter de illo possetionem acceperit corporalem, quam accipiendi et retinendi penes se eidem licenciam contulit atque dedit jussu vel licencia judicis vel alteri minime requisita, et deservit feodum domino a quo fevaliter [tenetur]. Ideo ut illud dicte emptori dare et laudare ad feodum teneatur dicto precio non habito nec recepto et ei non vendito exceptionis doli mali, et « si qua » renunciavit idem. Quo honore vendito, dictus curator nomine curatorio promissit et convenit dicte emptori recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus et ordinio esse bonus guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam in judicio et extra de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis sine obligatione bonorum et sine refectione dampnorum et expensarum litis et extra cum interesse et sine omni renunciatione et cauthela.

Quibus sic pactis dictus dominus judex, facta etiam fide, per dictum curatorem de dicta sua cura et inventario, factis manu mei notarii infrascripti visoque instrumento publico visationis et quod legitime fuerat publice visatum receptoque juramento ad sancta Dei IIII^{or} evangelia a dicto curatore quod absque dolo, malo et fraude fiebat et aliter adhibita deliberatione et diligenti cauthela que debet et consuevit in talibus adhiberi per dictum dominum judicem dicte venditionis ad requisitionem parcium suam auctoritatem judicariam interposuit pariter et decretum, salvo jure domini regis et alio quolibet alieno.

Factum fuit hec Tholose, secunda die exitus mensis marcii, regnante Ph[ylippo Francie] rege, et Gualhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentessimo undecimo, in presencia et [...] magistrorum Raimundi de Sancto Martio, et Bernardus de Rovienchis jurisperitorum, et Bernardi de Canalibus et Bernardi Cathena notarii [...] curie et plurium aliorum. Et mei Petri Comaleda publici Tholose notarii, juratique dicte curie domini

vicari Tholose […] cartam istam scripsi et signavi. Et ad majorem horum omnium firmitatem habendam sigillum dicte curie domini vicarii Tholose fuit appositum huic presenti publico instrumento.

323

30 novembre 1300 et 3 juin 1312

Pierre Arnaud Catalan de la Porte Neuve, fils de feu Ponce Arnaud Catalan, a vendu à Pierre Arnaud du Frêne, fils d'Arnaud du Frêne, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans le Clos de l'Hôpital de Saint-Jean, pour la somme de 65 sous. Bernard de Gironde, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, au nom d'Aymeric de Tarin, précepteur de ladite maison, approuve la vente et récupère ses pax.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 323.

Noverint universi, quod Petrus Arnaldi Catalani, filius quondam Poncii Arnaldi Catalani, de Porta Ville Nove, vendidit titulo pure ac perfecte et irrevocabilis venditionis et absolvit Petro Arnaldi de Fraxino, filio Arnaldi de Fraxinio, ibidem presenti, pro se suisque heredibus et ordinio stipulanti, ementi et recipienti medium aripentum mallolis et plus si ibi est quantumcumque sit cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quod dixit se habere ultra Yrcium ad clausum hospitalis Sancti Johannis, inter honorem Raimundi de Podio et ejus fratris ex una parte, et honorem Johannis Hugonis et Sancii de Podio Audren ex altera, et exitus comunes ex duabus partibus. Quam quidem venditionem fecit dictus venditor eidem emptori in precio et nomine precii LXV sol. tol. guiritorum, quos ab eodem emptore in peccunia numerata habuisse et recepisse, concessit unde se habuit pro bene paccato et contento, renuncians inde dictus venditor exceptioni dicte peccunie non numerate et non acepte et precii non habiti et non soluti et doli, mali et cuilibet exceptioni alii atque juri.

Et predictus venditor promisit et convenit inde eidem emptori et ejus ordinio esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirentiam et se teneri de omni jure evictione, de omnibus amparatoribus in judicio et extra, excepta parte dominationis sub bonorum suorum omnium in ypotheca et obligatione et cum omni renunciatione et cautela. Et absolvit et reddidit dictum honorem domino aquo et in honor fevaliter teneat, ideo ut illum dicti emptori et ejus ordinio concederet et laudaret.

Hec venditio fuit facta consilio et voluntate domine Rixendis matris dicti venditoris et Esclarmunde uxoris ejus venditoris et Bertrande sororis ejusdem venditoris, que si aliquod jus rationem vel actionem seu partem habebant in predicto mallole scilicet dicte domina Rixendis et Esclarmunda ratione suarum dotum donationum, propter nuptias doni, legati pacti, conventio, jus vel aliter ullo modo, illud totum predicte mulieres dederunt, absolverunt penitus et quitaverunt predicto emptori et ejus ordinio, sine aliquo retentu quod ibi non fecerunt nec retinuerunt ullo modo ; ymo promiserunt et convenerunt inde ei esse guirentes de se ipsis et de omni petitione que inde eidem fieret ex earum partibus in futurum pro predictis vel aliquo predictarum, renunciantes inde dicte mulieres certificate de jure suo per me, notarium infrascriptum, beneficio senatus consulti Velleyani et juri ypothecarum suarum et omni suarum dotis privilegio et legi Julie de fundo dotali et cuilibet exceptioni alii atque juri.

Item hoc venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Bernardi de Gironda thesaurerii domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose tenentisque locum ut dixit domini fratris Aymerici de Toryno preceptoris dicte domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem in Tholose qui pro se et dicto domino preceptore et omnibus fratribus dicte domus est inde dominus et recuperato feudo a predicto venditore, et pro suis pax quos inde ab eodem emptore in pecunia

numerata habuisse et recepisse concessit, pro se et nomine quo supra dedit et laudavit ad feudum Petro Arnaldi de Fraxino emptori predicto et ejus ordinio totum predictum medium aripentum mallolis et plus si ibi est, cum terra in qua est et cum introytu et exitus prout melius inter adjacencias includitur supradictas. Et etiam de omnibus amparatoribus nomine quo supra inde eidem feudotario et ejus ordinio guirens existere promisit ex parte dominationis salvis tamen sibi et dicto domino preceptori et fratribus dicte domus suis censibus, usibus et aliis dominationibus prout in cartis dicti feudi continentur.

Hoc fuit factum exepto laudamento, dictarum dominarum et dicti dominus fratris Bernardi de Gironda, ultima die mensis novembris, regnante Phylippo rege Francorum et Petro episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M° trescentesimo. Hujus rei sunt testes Engilbertus mercator et Guillelmus Arnaldi de Fulhos et Vitalis Ovelherii.

De laudamento vero dictarum dominarum Rixendis et Esclarmunde — quod fuit factum VIII° die introytus mensis octobris, sub anno Domini M°CCC° primo — sunt testes Petrus de Planis Espascrius et Guillelmus Ealsen faber. De laudamento vero dicte Bertrande quod fuit factum anno et die proxime dictis sunt testes Raimundi de Fraxino et Paulus de Capella notarii. De laudamento vero dicti fratris Bernardi de Gironda — quod fuit factum tercio die introytus mensis junii, regnante dicto domino Phylippo rege Francorum et Gualhardo episcopo Tholosano, sub anno Domini M° CCC° duodecimo— sunt testes Raimundus Vaqueris textor et Bernardus de Florencio pelherius et Jacobus Regis publicus Tholose notarius qui ad predicta omnia presens fuit est de toto testis et cartam istam scripsit.

324

3 juin 1312

Pierre Arnaud du Frêne, fils de feu Arnaud du Frêne, a vendu à Pierre de Bordes, tisserand de la rue du Fourbastard, un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers dans le lieudit du Clos de l'Hôpital de Saint-Jean, pour la somme de 30 sous. Bernard de Gironde, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, au nom d'Aymeric de Tarin, précepteur de ladite maison, récupère son fief et, après avoir perçu ses pax*, l'inféode à Pierre de Bordes, à condition qu'il livre le quart de ses vendanges tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers à Toulouse, et qu'il donne la dîme due pour ce fief.*

A. Original, parchemin ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 324.

Noverint universi quod Petrus Arnaldi de Fraxino, filius quondam Arnaldi de Fraxino de consilio voluntate et assensu, et in presencia Esclarmunda uxoris sue que omnia et singula infra scripta lauda[vi]t et ratificavit et aprobavit et sic fierit voluit et concessit, vendidit titulo pure ac perfecte et irrevocabilis venditionis et absolvit Petro de Bordis textori de carreria Furni Bastardi, ibidem presenti pro se suisque heredibus et ordinio stipulanti, ementi et recipienti, medium aripentum mallolis, et plus si ibi est cum terra in qua est et cum introytu et exitu, quod dixit se habere ultra Yrcium ad clausum Hospitalis Sancti Johannis, inter honorem Raimundi de Podio ex una parte et honorem Arnaldi de Deo ex altera, et exitus ex duabus partibus. Quam quidem venditionem fecit dictus venditor eidem emptori in precio et nomine precii triginta sol. tol. guiritorum, quos ab eodem emptore in peccunia numerata habuisse et recepisse concessit, unde se habuit et tenuit pro bene paccato et contento, renuncians inde dictus venditor exceptioni dicte peccunie non numerate et non acepte et precii non habiti et non soluti et doli, mali et cuilibet exeptioni alii atque juri. Et exhuendo se de possessione et tenezone predicti honoris in ipsum emptorem et ejus ordinium omne jus, proprietatis et possessionis penitus transferendo.

Et predictus venditor promisit et convenit inde eidem emptori et ejus ordinio esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirentiam et se teneri de omni juris evictione, de omnibus amparatoribus in judicio et extra, excepta parte dominationis sub bonorum suorum omnium ypotheca et obligatione, et cum omni renunciatione et cautela. Et absolvit et reddidit dictum honorem domino a quo dictus honor fevaliter tenetur, ideo ut illum dicto emptori et ejus ordinio concederet et laudaret[(a)].

Et predicta Esclarmunda super sancta dicti IIII^{or} evangelia corporaliter a se tacta juravit predicta omnia et singula tenere et servare et non contrafacere vel venire ratione aliqua vel tam de jure vel de facto.

Hec venditio fuit facta consilio et voluntate fratris Bernardi de Gironda thesaurerii domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose tenentisque locum domini fratris Aymerici de Toryno preceptoris dicte domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem in Tholose qui pro se et dicto domino preceptore et fratribus dicte domus est inde dominus et recuperato feudo a predicto venditore, et pro suis pax quos inde ab eodem emptore in pecunia numerata habuisse et recepisse concessit, pro se et dicto domino preceptore et fratribus dicte domus dedit et laudavit ad feudum Petro de Bordis emptori predicto et ejus ordinio totum predictum medium aripentum mallolis et plus si ibi est cum terra in qua est et cum introytu et exitus prout melius inter adjacencias includitur supradictas.

Tali pacto dedit et laudavit nomine quo supra ei hoc feudum ut quoque anno tempore vendemiarum reddat inde dicto domino preceptori et fratribus dicte domus quartum totius vindemie que inde exierit bona fide, delatum ad domum dicti hospitalis Sancti Johannis in Tholosa, sine omni ipsorum fratrum missione. Et decima reddatur in eodem honore. Si clamorem habuerit dominus de eo pro hoc feudi fidem inde habeat et IIII^{or} d. tol. justiciam si feudotarius juste fuerit inculpatus. Et dictus feudotarius aut ejus ordinium non debet dictum honorem dare ad super feudum militi, clerico, nec domui religionis nec ullo alio modo a se alienare cur dominus possit inde perdere suos pax nec aliquid sue dominationis. Set si aliter illum vendere aut inpignorare voluerit, hoc faciat consilio et voluntate domini qui habeat illum pro tali precio qualis alter ibi dare voluerit, et minus I d. tol. si illum retinere voluerit pro venditionis. Si autem illum retinere noluerit pro venditionis, vendat illum cuicumque voluerit exceptis predictis personis, et faciat consilio et voluntate domini qui inde habeat de quoque sol. venditionis unum denarium tol. et de quoque sol. pignoris unum obolum. In super dictus frater Bernardus pro se et nomine quo supra promisit et convenit inde eidem feudotario et ejus ordinium esse guirens de omnibus amparatoribus in judicio et extra, ex parte dominationis.

Hoc fuit factum Tholose, tercio die introytus mensis junii, regnante Phylippo rege Francorum, et Gualhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M° CCC° duodecimo.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Castro Pec mercator, et Raimundus Vaquerii textor et Raimundus Stephani brasserius. Et de laudamento dicti fratris Bernardi — quod fuit factum anno et die quibus supra — sunt testes dictus Raimundus Vaquerii et Bernardus de Florencio Pelhecerus et Jacobus Regis publicus Tholose notarius qui ad predicta omnia presens fuit et de toto testes et cartam istam scripsit.

(*a*) « Et absolvit et reddidit dictum honorem domino a quo dictus hono fevaliter tenetur. Ideo ut illum dicto emptori et ejus ordinio oncederet et laudaret » copié deux fois par erreur.

325

2 et 27 février 1313

Après avoir approuvé la vente faite par Aymeric Sernin, marchand de Toulouse (pour lui et pour son frère le seigneur Laurent Sernin, prêtre), à Guillaume Calvet, brassier de la

bastide de l'Étoile, de trois obolades de mailleul situées au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Devèze, et pour la somme de 61 sous et 8 deniers, Bernard de Gironde, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, l'inféode à Guillaume Calvet. Celui-ci devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers trois sous d'oublies et 6 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 383, paragraphe A.

Notum sit cunctis, quod Aymericus Cernini mercator Tholose pro se et ejus heredibus et pro domino Laurencio Cernini presbitero fratre suo, vendidit titulo perfecte venditione absolvit et quitavit Guillelmo Calveti bracerio de bastita Stelle Tholose, ementi pro se ejusque heredibus et ordinio recipienti, illas tres obolatas malolis cum terris in quibus sunt, cum introitu et exitu, — quas esse dixerunt ultra Yrcium in loco vocato a la Devesa, inter honorem Johannis Bergonthoni, et inter honorem Bartholomei Fabri et inter honorem Petri Acerii, et ejus fratris, et inter carreriam publicam — cum omnibus juribus et actionibus ad eosdem fratres pertinentibus pro dicto malole de jure et de facto. Quam venditionem dictus venditor pro se et dicto fratre suo dixit se fecisse in precio et pro precio sexaginta unum sol. et octo d. tol., quod precium a dicto emptore pro se et nomine quo supra in bona pecunia numerata recognovit habuisse et recepisse ; et si plus predicto precio, dictus malolis cum terra in qua est valet in presenti vel valebit in futurum, totam illam magis valenciam pro se et nomine quo supra, dictus venditor dedit dicto emptore recipienti pro se et ejus heredibus donatione pura inter vivos pro omni ejus voluntate et ejus ordinii inde perpetuo facienda, constituens se dictus venditor dictum malolem, cum terra in qua est, nomine ipsius emptoris et pro ipso possidere vel quasi donec de ipso per se vel per alium, corporalem acceperit possessionem, quam accipiendi et retinendi licentiam ei dedit et concessit ad hoc nullo judice requisito, promitens solempniter dictus venditor sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum dicto emptore stipulanti pro se et ejus heredibus facere et portare bonam et firmam guirenciam de dicto malole, cum terra in qua est, cum introitu et exitu de omnibus amparatoribus et contradictoribus excepta parte dominationis sub refectione dampnorum et expenssarum litis et extra.

Promisit insuper dictus venditor sub predicta obligatione, dicto emptore stipulanti se facturum et curaturum cum effe[...] quod dictus dominus Laurencius ratificavit omnia et singula [s]upradicta et guirenciam de dicto [...]abit emptore predicto.

Renunciavit dictus venditor ex[cept]ioni doli mali et omni appelationi et oblat[tioni] libelli et exceptioni pecun[ia numerata ...] nec recepte et spei future numerationis confidencie, et legi qua juvantur qui ultra di[centi] justi precii sunt decepti [...] et facti auxilio, et solvit et reddidit feudum pro se et nomine quo supra domino dicti feudi ideo [...] illud dicto emptore fevaliter con[...].

Item predicta venditio fuit facta consilio et voluntate Sayane uxoris dicti venditoris, que omnia predicta ita fieri voluit et concessit, et si aliquod [...] rationem dotis sue vel donationis propter nuptias, obligationis assignamenti vel alias ullo modo in dicto malole habebat vel habere debebat, illud totum quicquid esset dicta Sayana gratis absolvit et quitavit emptori predicto recipienti pro se et ejus heredibus pro omni ejus voluntate et ejus ordinium inde perpetuo facienda, promitens solempniter dicta Sayana sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum, dicto emptori stipulanti pro se et ejus heredibus facere et portare bonam et firmam guiranciam de[(a)] dicto malole cum terra in qua est de omnibus amparatoribus ex suis partibus nunc et in futurum sub refectione dampnorum et expanssarum litis et extra, renunciavit dicta Sayana de jure suo certificata per me notarium infrascriptum exceptioni doli mali et omni apellationi et obligationi libelli et beneficio Velleyani scenatus consulti et juri ypoteticarum et omnium alli legum juris et facti auxilio, et juravit dicta mulier ad Sancta quatuor Dei evangelia manu sua corporaliter tacta tenere, servare et complere omnia et singula supradicta, ut minor

viginti quinque annis major ut asservit, sexdecim annorum nec restitutionem aliquam inpetrare pretextu minore etatis vel ocassione alterius cujuscumque.

Item predicta venditio [fuit] facta [consilio] et voluntate fratris Bernardi de Gironda capellani et th[e]saurarii domus Sancti Johannis Tholose Jherusalem et procuratoris […] religiosis viri domini fratris [...]urimo preceptoris dicte domus Tholose qui nomine dicti domini preceptoris et fratrum predicte domus pro pax quas inde in bona pecunia numerata r[...] habuisse et recepisse dictam venditionem dicti malolis, cum terra in qua est, cum introitu et exitu, laudavit Guillelmo Calveti emptore predicto recipienti pro se et ejus heredibus.

Tali pacto ut annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde eidem preceptori et ejus successoribus in dicta domo tres sol. tol. oblias. Et retroacapite quando evenerit pro morte preceptoris Jherusalem et feudotarii, sex d. tol. Et quatuor d. tol. justiciam si juste feudotarius fuerit inculpatus, et istud feudum non debet dari ad superfeudum nec aliter alienari cur dictus dominus vel ejus successores possint inde perdere pax nec aliquid sue dominationis. Sed si illud vendere vel inpignorare voluerit, vendat vel inpignoret cuicumque voluerit exceptis milite et ejus filio, clerico, burgense et domo religionis consilio tamen dicti domini preceptoris et ejus successorum qui inde habeant de quoque sol. vende unum d. tol. et de quoque sol. pignoris unum obolum. Promitens solempniter dictus procurator nomine dicti domini preceptoris dicto feudotario stipulanti pro se et ejus heredibus facere et portare bonam et firmam guirenciam de dicto feudo cum terra in qua est, cum introitu et exitu, de omnibus amparatoribus ex parte dominationis sub refectione dampnorum et expenssarum litis et extra. Postquam predictus feudotarius predictum recepit infeudamentum pactis et conditionibus supradicti, et promisit facere et servire dicto domino preceptore et ejus successoribus in dicta do[...] in festo Omnium Sanctorum predicto predictas oblias et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo supradicto.

Hoc fuit factum excepto lauda[mento ...] secundo die introitus mensis febrarrii, laudamentum dicti domini fuit factum penultimo die dicti mensis, regnante Philipo rege Francorum, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millezimo trescentezimo duodecimo.

Hujus rei sunt testes excepto laudamento dicti domini Raymondus de Turre de Cadrunio de Lagrars, et Arnaldus Amelii bracerius, et magister Arnaldus Cernini notarius Tholose frater dicti venditoris. De laudamento dicti domini sunt testes Guillelmus Sancii de Porta mercatorum et Petrus de Limoges quod moratur in dicta domo Sancti Johannis, et Petrus de Campellis publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) « De » répété par erreur dans le texte.

326

9 avril 1313

*Le seigneur Laurent Sernin, prêtre, approuve la vente faite par son frère à Guillaume Calvet (*cf *acte n°325).*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 383, paragraphe B.

Notum sit cuntis quod dominus Laurencius Cernini presbiter gratis ratificavit et aprobavit illam venditionem quam Aymericus Cernini ejus frater pro se et dicto domino Laurencio fecerat et concesserat Guillelmo Calveti bracerio de illis tribus obolatis malolis, cum terris in quibus sunt, — quas esse dixerunt ultra Yrcium in loco vocato a la Devesa, inter honorem Johannis Bergonthoni, et inter honorem Bartholomei Fabri, et inter honorem Petri Accerii, et inter carreriam publicam — in precio sexaginta unum sol. et octo d. tol. cujus

venditionis ego notarius infrascriptus ad faciendum inde cartam re[ceper]am mandamentum qui si aliquod jus ratione vel partem vel fratriscam in dicto malole cum terra in qua est, habebat vel habere debebat ratione successionis paterne vel materne, doni, adquisitionis vel alias ullo modo, illud totum quicquid esset, dictus dominus Laurencius gratis dedit, absolvit et quitavit, dicto Guillelmo Calveti, recipienti pro se et ejus heredibus pro omni ejus voluntate et ejus ordinii inde perpetuo facienda. Et recognovit et concessit idem dominus Laurencius, partem dicti precii sibi contigentem scilicet medietatem esse persolutam et traditam de voluntate ejusdem domini Laurencii, dicto Aymerico fratri suo, promitens solempniter dictus dominus Laurencius sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum dicto Guillelmo Calveti stipulanti pro se et ejus heredibus facere et portare bonam et firmam guirenciam de dicto malole, cum terra in qua est, cum introitu et exitu de omnibus amparatoribus [et con]tradictoribus excepta parte dominationis sub refectione dampnorum et expansiarum litis et extra. Renunciavit dictus dominus Laurencius exceptioni doli mali et omni apellationi et oblationi libelli et exceptioni pecunie dicti precii eidem tornina de mandato ejusdem domini Laurencii per ipsum Guillelmum non fuisse persolutam et omni alii legum juris et facti auxilio.

Hoc fuit factum nono die introitus mensi aprilis, regnum Philipo rege Francorum, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini, millezimo trescentezimo terciodecimo.

Hujus rei sunt testes Colinus de la Regue, et Petrus Patronus clericus de claustro Sancti Saturnini et Petrus de Campellis publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

327

9 avril 1313

*Laurent Sernin et Aymeric Sernin, frères, renoncent tous deux à tout droit d'héritage qu'il pourrait avoir sur la terre vendue à Guillaume Calvet (*cf *acte n°325).*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 383, paragraphe C.

Notum sit cuntis quod dominus Laurencius Cernini presbiter et Aymericus Cernini ejus frater promisserunt firma stipulatione sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum quilibet ipsorum principaliter et in solidum Guillelmo Calveti bracerio stipulanti pro se et ejus heredibus quod si aliqua peticio vel demanda eidem vel ejus heredibus fieret in futurum ocasione legatorum contentorum in testamento Arnaldi Cernini eorum patris vel alias ullo modo, ipsi soli dominus Laurencius et Aymericus fratres persolvere dicta legata et helemozinas et omni alia si qua peterentur ex eorum partibus vel pro aliquibus heredibus dicti eorum patris, sub refectione dampnorum et expansorum litis et extra, renunciaverunt dicti fratres exceptioni doli, mali et omni apellationi et oblationi libelli, et beneficio none constitutionis « de duobus vel pluribus reis debendi », et epistola divi Adriani, et autentice « hoc ita » et omni alii legum juris et facti auxilio.

Hoc fuit factum nono die introitus mensis aprilis, regnum Philipo rege Francorum Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millezimo trescentezimo terciodecimo.

Hujus rei sunt testes Colinus de la Regne, et Petrus Patronus de Claustro Sancti Saturnini, et Petrus de Campellis publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

328

29 mars 1314[(a)]

Pierre de Caylus, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent d'honneur en indivis situé au-delà de l'Hers, dans les vieux quartiers des Hospitaliers et à côté de ceux de l'évêque. Il donne la première moitié de cet honneur à Jacques Benoît de Balma et ses frères, Raimond, Pierre et Jean, et la seconde à Bernard Raymond Gilabert. Ils pourront y cultiver la vigne s'ils le souhaitent, et devront alors rendre le quart de leurs vendanges, ou y maintenir la culture de la terre, auquel cas ils devront rendre la même proportion de leur récolte, soit en grains ou soit en gerbes selon le choix des seigneurs. De plus, ils devront deux derniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 325.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Petrus de Castlucio preceptor dicte domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris de consilio et voluntate et [...] assensu fratrum ejusdem domus, ibidem presentium, videlicet fratris Bernardi de Gironda capellani et [thesaurarii] dicte do[mus], fratris Raimundi de Villa nova presbiteri, fratris Guillelmi Serada, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Jacobo Beneg, et Raimundo Petri et Johanni fratribus, de Balmario medietate, et Bernardo Raymundi [Gilaberti] altera medietatem, pro indiviso medium aripentum honoris ad tenendum ibi vineam vel terram ad electionem feodotariorum et heredum suorum, quod esse dixerunt ultra Yrcium in quartis veteribus dicte domus, inter honorem dicte domus et honorem [B...] Olierii ex una parte, et exitus ex duabus partibus et honorem Bernardi Vasconis ex altera.

Tali pacto ut quoque anno reddant et aportent et reddere et aportare teneantur eorum propriis missionibus et expensis, si ibi vinea fuerit, quartum partem in tempore vindemie quod inde exierit ad domum Tholosanum hospitalis, et si terre ibi teneatur quartam partem tocius fructus qui inde exierit in garba vel in grano ad electionem dominorum in eodem feodo. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotariorum. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii pro predicto feodo juste fuerint inculpati, et predicti feodotarii vel eorum ordinium non debent hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose tercio die exitus mensis marcii regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo terciodecimo.

Hujus rei sunt testes Guillelmus de Campanhas bajulus, et magister Johannes de Bordis jurisperitus et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Antoine du Bourg date la prise de fonction de Pierre de Caylus comme prieur entre 1311 et 1313. Il semblerait que cet acte étende cette fourchette.

329

12 juillet 1314

Bartholomé Fabre, brassier, et Pétrone, sa femme, habitants de la bastide de l'Étoile ont vendu à Pierre Comaleda*, notaire public de Toulouse, une mezalhade de mailleul située au*

lieudit de la Devèze pour la somme de 30 sous ; et ont payé les sommes dues aux seigneurs à qui appartiennent ce fief.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 326, paragraphe A.

Notum sit cunctis, quod Bartholomeus Fabri brasserius et Petrona ejus uxor qui morantur Tholose in bastita Stelle quilibet ipsori(a) vendiderunt justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis absolverunt in perpetuum et quitaverunt cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro Petro Comaleda notario Tholose ibidem presenti ementi et recipienti pro se suisque heredibus totam illam medellatam malolem cum terra in qua est et cum introitu et exitu, — quam esse dixerunt apud Devesiam inter honorem Guillelmi Calveti ex una parte [et inter honorem Rai]mundi Alegre ex parte altera, et inter carrariam publicam — cum omnibus juribus et actionibus ad eosdem venditores spectantib[us et pertinentibus de jure vel] de facto. Quam venditionem fecerunt dicti venditores dicti emptori et ejus ordinio precio et nomine precii XXX^ta^ sol. tol. […] ad totum quos a dicto emptore in pecunnia numerata recognoverunt et concesserunt se habuisse et recepisse, de quo precio habuerunt et tenuerunt se pro bene paccatis et contentis, et si dictus honor venditus ultra dictum precium plus valet vel valebit in futurum, illud plus quantumcumque sit vel esse poterit dicti venditores et quilibet ipsorum dederunt dicto emptori et ejus ordinio donationem pura et simplici facta inter vivos.

Promittentes sollempniter predicti venditores et quilibet ipsorum principaliter et in solidum esse guirentes, predicto emptori pro se ejusque ordinio stipulanti de dicto honore superius vendito de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis, sub refectione dampnorum et expensis ac interesse litis et extra et sub omnium bonorum suorum presencium et futurorum obligatione et ypotheca.

Quem honorem superius venditum dicti venditores dixerunt et constituerunt se nomine ipsius emptoris et pro eo possidere donec inde possesionem acceperint corporalem quam accipiendi et retinendi licentiam contulerunt omni modam jussu vel licentia judicis vel cujuslibet alterius minime requisito, et absolverunt inde et quitaverunt feodum dicti honoris domino feodi a quo fevaliter tenetur. Ideo ut illud laudaret et concederet dicto emptori et ejus ordinio, renunciaverunt inde predicti venditores exceptioni non numerate peccunie dicti precii non habite et non recepte et exceptioni doli, mali et juribus dicentibus donationem factam propter ingratitudinem revocare posse, et beneficio nomine constitutionis de duobus reis debendi et epistole divi Adriani et autentice presente. Et dicta mulier certificata per me notario infrascriptum de jure sue dotis et alio si quod ibi habebat renunciavit specialiter privilegio sue dotis et juri ypothecarum suarum et legi Julie de fundo dotali et beneficio senatus consulti Velleyani et generaliter omni alii jure cum quo vel quibus se super hoc adjuvare posset.

Hoc fuit factum XII° die exitus mensis julii, regnante Phylippo rege Francorum, et Gualhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo quartodecimo.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Catalani et Bernardus Catalani brasserii de bastita Stelle et ego Petrus Pagani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsi.

(a) Lire : « ipsorum ».

330

10 septembre 1314

Pierre de Comaleda*, notaire publique de Toulouse, a vendu à Durand de Saint-Ponce, cordonnier vivant à* Payranos*, une mezalhade de mailleul situé au lieudit de la Devèze pour la somme de 33 sous ; et a payé les sommes dues aux seigneurs à qui appartiennent ce fief.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 326, paragraphe B.

Notum sit cunctis, quod Petrus de Comaleda notarius Tholose vendidit justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis absolvit in perpetuum et quitavit cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro Durando de Sancto Poncio sutori qui dixit se moratur apud Payranos ibidem presenti ementi et recipienti pro se suisque heredibus, totam illam medellatam malole, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, — quam esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Guillelmi Calveti ex una parte et inter honorem Raimundi Alegre ex parte altera et inter carrariam publicam — cum omnibus juribus et actionibus ad ejusdem venditorem spectantibus et pertinentibus de jure vel de facto. Quam venditionem fecit dictus venditor dicto emptori et ejus ordinio precio et nomine precii triginta III sol. et IIII^{or} d. tol. guiritorum, quos a dicto emptore in pecunnia numerata recognovit et concessit se habuisse et recepisse, de quo precio habuit et tenuit se pro bene paccato et contento, et si dictus honor venditus ultra dicum precium plus valet vel valebit in futurum, illud plus quantumcumque sic [vel esse poterit] dictus venditor dedit dicto emptori et ejus ordinio donationem pura et simplici facta inter vivos.

Promittens sollempniter predictus venditor esse guirens, predicto emptori pro se ejusque ordinio stipulanti de dicto honore superius adjacenciato de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et si quo tempore lis, questio seu controversia eidem emptori et ejus ordinio in dicto honore moveretur in totum vel in partem per aliquam personam, illam litem, questionem, controversiam et omnem petitionem predictus venditor promisit in se suscipere et eidem cistere usque ad finem et ducere suis propriis expensis judicum et advocatori tam in cause principali quam in causis appellationi, et ipsum emptorem et ejus ordinium indempnem eycere de tota controversia et expensis penitus et solitum. Et hoc totum promisit dictus venditor facere, complere et exequi ad monitionem ipsius emptoris vel ejus ordinii, sub reffectione dampnorum et expensis ac interesse lite et extra, et sub omnium bonorum suorum presencium et futurorum obligatione et ypotheca.

Quem honorem superius venditum dictus venditor dixit et constituit se nomine ipsius emptoris et pro eo possidere donec inde possessionem acceperit corporalem quam accipiendi et retinendi licentiam ei dedit et concessit jussu vel licensia judicis cujuslibet alterius minime requesito. Et absolvit inde et quitavit feodum dicti honoris domino feodi a quo fevaliter tenetur, ideo ut illud laudaret et concederet et laudaret dicto emptori et ejus ordinio. Renunciavit inde dictus venditor exceptioni non numerate peccunie dicti precii non habite et non recepte et exceptioni doli mali et illi juris quo subvenitur deceptis ultra dimidiam justi precii et juribus dicentibus donationem factam propter ingratitudinem revocare posse, et omni legum juris et facti auxilio.

Hec venditio fuit facta consilio et voluntate et expresso assensu domine Marguarite uxoris dicti venditoris que omnia et singula supra et infrascripta ita fieri voluit et concessit, quod si aliquod jus vel aliquam rationem habebat vel habere debebat et sibi pertinebat in dicto honore vendito pro dote sua et donationem propter nuptias, dono, legato mandamentis, convenientiis vel necessariis suis vel quolibet alio jure vel ratione, illud totum quicquid esset, predicta domina Margarita dedit donatione pura et simplici facta inter vivos, absolvit inde et quitavit dicto Durando emptori pro omni voluntate ipsius emptoris vel sui ordinii inde perpetuo facienda, sine aliquo rententu quod ibi non fecit nec retinuit ullo modo, ymo promisit et convenit inde ei et ejus ordinio esse guirens de se ipsa et de omnibus aliis hominibus et

feminibus ex suis partibus et certificata predicta domina Margarita per me notarius infrascriptum de jure sue dotis et alio si quod ibi habebat, renunciavit inde specialiter privilegio sue dotis et juri ypothecarum suarum et legi Julie de fundo dotali et beneficio senatus consulti Velleyani et omni alii juri cum quo vel quibus se super hoc adjuvare posset.

Hoc fuit factum X[a] die introitus mensis septembris, regnante Phylippo rege Francorum, et Gualhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo quartadecimo.

Hujus rei sunt testes Petrus Vasconis brasserii de bario Sancti Salvatoris et Rogerius Candelerius de bastita Stelle, et ego Petrus Pagani publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsi.

331

6 mars 1316

Bernard de Gironde, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères trois pogésées de terre situées à la Devèze, à Roger Candelier de la bastide de Lestelle. Il devra y planter une vigne et livrer, dans un délai d'un an, puis annuellement, à la domus *des frères hospitaliers, 18 deniers d'oublies et trois deniers tournois de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 328.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Bernardus de Gironda preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et ejus successoribus de consilio et voluntate fratrum ejusdem domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Raimundi de Villa nova presbiterorum, fratris Raymundi Gontardi, fratris Arnaldi Narbona et fratris Arnaldi de Fonte, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Rogerio Candelaro de bastida de Stella, et ejus ordinio, tres pogesatas terre ad plantandum et tenendum semper ibi vineam quos esse dixerunt apud Devesiam, inter honorem Bernardi Catalani ex una parte, et honorem Raimundi de Podio ex parte altera, et tenet de honore Guillelmi Poncii usque ad exitum.

Tali pacto ut infra annum ibi plantet vineam et anuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus decem et octo d. tol. obliarum. Et reacapte tres turonenses quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predicto feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Et ibidem dictus feodotarius recepit dictum feodum a dicto dominio preceptore et fratribus dicte domus sub pactis et conditionibus supradictis, et promisit in dicta terra plantare vineam infra terminum predictum et persolvere annuatim in dicto festo dictas oblias et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum Tholose sexto die introitus mensis marcii regnante Lodovico Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo quintodecimo.

Hujus rei sunt testes Bernardus de Fonte clericus, et magister Arnaldus Barba […], et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

332

29 mars 1316

Bernard de Gironde, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de mailleul quartanier situé au-delà de l'Hers, dans le clos des nouveaux quartiers des Hospitaliers, à Arnaud de Rival, de la rue dite de Bernard de Gaillac près de Montaygon, et à ses frères. Ils devront livrer annuellement au pressoir de la domus *des frères hospitaliers le quart de leurs vendanges, et travailler la vigne à la houe en temps utiles.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 327.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Bernardus de Gironda preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem sponte sua pro se et tocius successoribus de consilio et voluntate et expresso assensu fratrum dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Raimundi de Villa nova presbiterorum, fratris Guillelmi Serada, fratris Bernardi de Viso, et fratris Arnaldi Narbonna, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Arnaldo de Rivali [...]ri de carraria vocata Bernardi de Galhaco apud Montem Aygonum, ibidem presenti et Petro et Raimundo [f]ratribus suis, absentibus, mihique notario infrascripto loco vice et nomine ipsorum et heredibus suorum, stipulanti et recipienti totum illud medium aripentum malolis quartanarii cum terra in qua est, et cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt ultra Yrcium in clausu quartanarorum dicte domus, inter honorem Petri Bequas et exitum, et honorem Bertrandi Belari, et honorem Raimundi Oliari.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus et asportari faciat suis propriis missionibus et expensis ad tortular dicte domus hospitalis Tholose quartam partem totius fructus qui inde exierit, et dictum malolem operari quoque anno temporibus competentibus de ligone. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarii pro predicto feodo juste fuerint inculpati, et dicti feodotarii vel eorum heredum non debent dictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerint, faciant hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose tercio die exitus mensis marcii regnum Lodovico Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo quintodecimo.

Hujus rei sunt testes Bernardus Magister perjator, et Johannis Porcelli clericus, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

333

3 novembre 1316

Après que Raimond Martin, tailleur de la porte de Villeneuve, a vendu à Bernard de Gironde, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, la totalité d'une mezalhade de

mailleul située près de la Devèze dans le lieudit du Toron, pour la somme de 10 sous, Bernard de Gironde donne en fief la même terre à Raimond Martin, cordelier du faubourg Saint-Sauveur, qui devra livrer tous les ans, à la domus *des frères hospitaliers, 15 deniers d'oublies et 2 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 330.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Raimundus Martini affactator, filius Martini Yspanoli quondam, qui dixit se morari apud portam Ville Nove sponte sua pro se et ejus heredibus et ordinio vendidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit de consilio et voluntate et expresso assensu Marie uxoris sue, ibidem presentis, domini fratri Bernardo de Gironda preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerusalem presenti pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris ementi et recipienti totam illam medallatam malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu suo, quam esse dixerunt apud Devesiam in loco vocato ad Torronum, inter honorem Johannis de Prinhaco ex una parte, et honorem Pascalis Martini ex parte altera et tenet de exitu usque ad carrariam publicam.

Et hanc predictum venditionem fecit dictus venditor dicto domino preceptori et ejus successoribus pro precio decem sol. tol., quod precium dictus venditor recognovit et concessit habuisse et recepisse a dicto domino preceptore in bona pecunia numerata, renuncians etiam dictus venditor exceptioni non numerate pecunie, non habite, et etiam non recepte nec ei tradita, et exceptioni doli, mali condictioni sine causa et in factum actioni, et omni alii juri, canonico et civili quo contra predicta venire posset vel aliquod predictorum. Et si forte dicta medallata malolis superius venditor tempore presentis venditionis facte plus valebat seu etiam valebit in futurum precio supradicto, totum illud plus seu magis valenciam quicquid sit vel esse possit, dedit et cessit dictus venditor dicto emptori et ejus successoribus donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem domini preceptoris et successorum suorum inde faciendas.

Et si forte dicta Maria uxor dicti venditoris aliquod jus, vel aliquam rationem habebat vel habere debebat in dicta medallata malolis superius vendita ratione sue dotis vel donationis propter nuptias assignamenti vel aliter ullo modo, totum hoc quicquid sit vel esse posset dedit et cessit dicta Maria de voluntate dicti mariti sui dicto domino preceptori et ejus sucessoribus donatione et cessione, pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta ad omnes ejus voluntates et succesorum suorum inde faciendas. Renunciavit etiam dicta Maria ex certa scientia certiorata de jure suo beneficio senatus consulti Velleyani et juri ypotecarum suorum et dotum et omni alii juri et facti auxilio.

Et de omni hac venditione dicte medallata malolis dictus venditor mandavit et promisit firma et solempna stipulatione sub ypotecca et obligatione omnium bonorum suorum esse guirens et facere et portare bonam et firmam guirenciam et evictionem eidem domino preceptori et fratribus dicte domus et omnibus amparatoribus excepta parte dominationis ; et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus dicte domus a quibus dictus honor fevaliter tenebatur ad omnes eorum voluntates inde faciendas.

Et ibidem dictus dominus preceptor pro se et ejus successoribus et consilio fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Gillemi […]ada, fratris Raimundi Vitalis et fratris Guillelmi de Lauraco ibidem presenti, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Raimundo Martini corderio de barrio Sancti Salvatoris et ejus ordinio predictam medallatam malolis, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu suo, prout inter adjascentias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus quindecim d. tol. obliarum. Et duos d. tol. reacapte quando evenerit per mortem prioris Sancti Egidii et per mortem feodotarius. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo justo fuerit inculpatus. Et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeodum nec dare, vendere nec impignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possit inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum. Quas predictas oblias dictus feodotarius promisit persolvere annuatim preceptori et fratribus dicte domus in dicto festo et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feodo predicto.

Hoc fuit factum Tholose et tercio die mensis novembris, domino Lodovico Francorum et Navare rege deffuncto, Galhardo episcopo Tholosano existente, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Barada clericus et Pascalis Najau bracerii et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

334

6 janvier 1316

Après qu'Arnaud Dieudonné, tisserand du faubourg des frères pénitents, a vendu à Bernard de Gironde, précepteur de la maison hospitalière de Toulouse, une mezalhade de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans l'ancien clos des hospitaliers, pour la somme de huit sous, Bernard de Gironde donne en fief la même terre à Bernard Sanche, brassier du faubourg des Frères pénitents, qui devra livrer tous les ans, le quart de ses vendanges au pressoir de la domus des frères hospitaliers à Toulouse. De plus, il promet de l'entretenir tous les ans en la taillant, la déchaussant, la rechaussant et la sarclant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 329.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Arnaldus de Deo textor de barrio Penitencie et Lombarda uxor ejus eorum spontaneis voluntatibus vendiderunt et titulo perfecte et yrrevocabilis venditionis dedit, cessit, absolvit et in perpetuum quitavit domino fratri Bernardo de Gironda preceptori domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerusalem Tholose, ibidem presenti, pro se et ejus sucessoribus et fratribus ejusdem domus ementi et recipienti, totum illam medallatam malolem quartaneriam, cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, quam esse dixerunt ultra Yrcium in clausu veteri dicte domus inter honorem Petri de Barbarex ex una parte et honorem Raimundi Claveri ex parte altera et tenet de exitus usque ad honorem […].

Et hanc predictam venditionem fecerunt dicti conjuges dicto domino preceptori pro precio octo sol. tol. guiritorum quod precium dicti conjuges recognoverunt habuisse et recepisse a dicto domine preceptore in bona pecunia numerata. Renunciaverunt etiam dicti venditores exceptioni non numerate peccunie, non habite et etiam non recepte, nec eis tradite, et exceptioni doli mali conditioni sine causa et in factum actioni et omni alii juris et facti auxilio, qua contra venire possent vel aliquod predictorum. Et si forte dicta medallata malolis superius vendita tempore presentis venditionis facte plus valebat seu etiam valebit in futurum precio supradicto totum illud plus seu magis valenciam quicquid sit vel esse possit dederunt et cesserunt dicti

conjuges eidem domino preceptori donatione et cessione pura et simplici et irrevocabili inter vivos facta et ex causa dicte venditionis ad omnes voluntates ejusdem domini preceptoris et fratrum dicte domus inde faciendas. Et de omni hac venditione dicte medallate malolis dicti conjuges mandaverunt et promiserunt firma et solempna stipulatione sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum a se guirentis, et facere et portare bonam et firmam guiranciam et evictionem eidem domino preceptori et ejus successoribus et fratribus dicte domus de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis et absolvit et reddidit feodum eidem domino preceptori et fratribus dicte domus a quibus dictus honor fevaliter tenebatur ad omnes eorum voluntates inde faciendas.

Et ibidem dictus preceptor pro se et ejus successoribus et fratribus dicte domus presentibus et futuris de consilio fratrum dicte domus tunc secum assistencium, videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Bernardi de Viso, fratris Raimundi de Villanova, fratris Raimundi Gontardi et fratris Arnaldi Olerii dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Raimundo Sancii bracerio de bario Penitencie presenti et ejus ordinio predictam medallatam malelis cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo prout inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde preceptori et fratribus dicte domus et aportari faciat ad tortular dicte domus quartum partem totius fructus qui inde exierit. Et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus et si predictus feodotarius vel ejus ordinium dictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris unum obolum. Dictus […] feudotarius promisit quoque anno temporibus competentibus dictum malolem podare, fodere, plecare, binare et terciare.

Hoc fuit factum Tholose sexte die introitus mensis januarii regnante Lodovico Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo quintodecimo.

Hujus seu sunt testes Bernardus Catalani bracerius et Raimundus Amelii et Arnaldus Amelii et Poncius Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

335

7 avril 1317

Bernard de Gironde, précepteur de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord de ses frères un demi-arpent de vigne situé au-delà de l'Hers, dans les vieux quartiers des Hospitaliers et à côté de ceux de l'évêque, à Albert Capelan de la bastide de Lestelle. Il devra livrer annuellement au pressoir de la domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 312.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Bernardus de Gironda preceptor domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose sponte sua pro se et ejus successoribus et fratribus ejusdem domus presentibus et futuris de consilio fratrum ejusdem domus videlicet fratris Bernardi Laurencii, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Arnaldi Oliani, fratris Johannis Cadani, fratris Arnaldi Narbona et fratris Raimundi Gontardi, dedit ad feodum ac etiam [de omnibus a]mparatoribus guirire promisit Alberto Capellano Baurio de bastida de Stella, et ejus heredibus et ordinio, totum illud medium aripentum [vineam], cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, quod esse dixerunt ultra Yrcium in quartis veteribus

dicte domus, inter honorem Guillelmi [...] Martino ex una parte, et quartos domini episcopi Tholosani ex altera, et exitum ex altera et carrariam publicam ex parte altera.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat et asportet sui asportari faciat ad tortular dicte domus, sine preceptoris et fratrum missione, quartam partem totius fructus qui inde exierit. Et de clamore hujus feodi fidem inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio preceptoris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose septimo die introitus mensis aprilis regnante Philippo Francorum rege, Galhardo episcopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo septimo decimo.

Hujus rei sunt testes dominus Bernardus de Fonte presbiter, et Guillelmus Garsias sartor, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

336

22 janvier 1319

Après avoir approuvé la vente faite par Pierre Calvet, cordonnier de la rue Payranis*, à Raymond de Seysses, fils de feu Guillaume de Seysses* d'As, *et habitant du faubourg des Frères pénitents, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Devèze, Bernard de Gironde, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, l'inféode à Guillaume de Seysses. Celui-ci devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et toutes les autres redevances dues et citées dans l'inféodation originelle.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 331.

Noverint universi, quod dominus frater Bernardus de Gironda thezaurarius ecclesie seu domus Sancti Johannis Jherusalem Tholose et locum tenens ut dicitur domini fratris Petri Ungla, prioris dicte domus pro se et nomine quo supra audita et intellecta illa venditione quam Petro Calveti, sutor de carraria vocata de Payranis Tholose, fecerat et concesserat Raymundo de Saysshes d'As, filio Guillelmi de Saysshes d'As, condam, de bario Penitencie Tholose presenti, de toto illo medio aripento malollis cartanerii, et magis vel minus si ibi est, et que est ut dixerunt ultra Yrcium, in loco vocato a la Deveza, inter honorem Arnaldi Quatre ex una parte et quartis Montarzini Boquini, prout in instrumento venditionis recepto ista eadem die in quo hec carta fuit concessa manu mei notarii infra scripti dicit[ur] contineri, dictus dominus Bernardus de Gironda pro se et nomine quo supra dictam venditionem laudavit, aprobavit et ratifica[vit] et per bonam et firmam habuit et tenuit et dedit ad feudum Raymundo de Saysshes d'As predicto tunc ibidem pre[…] et solempniter stipulanti pro se et ejus ordinio totum predictum medium aripentum malolle, et magis vel minus si ibi est cum terra et loco in quo est et cum suo introitu et exitu prout superius confrontatur seu adjacenciatur, et de omnibus amparatoribus pro se et nomine quo supra et habitatoribus dicte domus presentibus et futuris ex parte dominationis bonam et firmam guirenciam facere et portare promisit predicto Raymundo de Saysshes d'As stipulanti pro se et ejus ordinio, pro suis pax quos inde nomine quo supra recognovit se habuisse et recepisse ex quibus se habuit et tenuit pro contento.

Tali pacto laudavit et dedit eidem hoc feudum ut quoque anno semper in tempore vindemiarum dictus feudotarius et ejus ordinium reddat inde et reddere teneatur quartam partem tocius fructus et vindemie que de dicta vinea exierit bene et fideliter aportatam in dicta domo, sine missione dominorum habitantium in dicta domo Sancti Johannis Jherusalem Tholose, et alias dominationes uti evenerint in futurum et in cartis antiquis hujus feudi continentur. Et quod dictus feudotarius nec ejus ordinium non possit dictum malollem dare ad superfeudum nec dare, vendere, nec inpignorare militi, nec clerico, nec monaderio, nec leprosis, nec domui religionis, nec ullo alio modo a se alienare cur dominus hujus feudi dicte domus possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum, sed si illud alium vel[…] aliis vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc de concilio dicti domini hujus feudi qui habeat inde de uno quoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris, unum obolum. Et alias dominationes ut est dictum, ut evenerint in futurum et in cartis antiquis istius feudi continentur, et dictus feudotarius recepit dictum feudum sub pactis et conditionibus supra dictis.

Factum fuit hoc Tholose decima die exitus mensis janoarii, regnante Phylipo Francorum rege, et Johane archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione domini millesimo trescentesimo decimo octavo.

Hujus rey sunt testes Arnaldus de Gironda mercator, et frater Arnaldus Olier frater domus Sancti Johannis ; et Petrus de Castro Novo, publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

337

22 janvier 1319

Après avoir approuvé la vente faite par maître Bernard Cardator, notaire de la cour d'appel de Toulouse du sénéchal du Toulousain et de l'Albigeois, à Pierre Calvet, cordonnier de la rue Payranis*, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit de la Devèze, Bernard de Gironde, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse, l'inféode à Pierre Calvet. Celui-ci devra livrer annuellement à la* domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et toutes les autres redevances dues et citées dans l'inféodation originelle.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 332, paragraphe A.

Noverint universi, quod dominus frater Bernardus de Gironda thezaurarius ecclesie seu domus Sancti Johannis Jherusalem Tholose et locum tenens ut dicitur discreti viri domini fratris Petri Ungla, prioris dicte domus pro se et nomine quo supra audita et intellecta illa venditione quam magister Bernardus Cardatore notarius curie apellationum Tholose domini senescali Tholosani et Albigensi, fecerat et concesserat Petro Calveti sutori de carraria de Payranis Tholose, de toto illo medio aripento malollis cartanerii, et magis vel minus si ibi est, que est ut dixerunt ultra Yrcium, in loco vocato a la Deveza, inter honorem Arnaldi Quatre ex una parte et cartos Montarzini Bequini ; prout in instrumento venditionis recepto per manum magistri Durandi Azemarii Tholose notarii ut totum hoc ibi dictum fuit dicitur contineri, dictus frater Bernardus de Gironda pro se et nomine quo supra laudavit predictam venditionem et per bonam et firmam habuit et dedit ad feudum totum predictum medium aripentum malolle superius adjacenciatum, cum terra et loco in quo est et cum suo introitu et exitu, et de omnibus amparatoribus pro se et nomine que ex parte dominationis bonam et firmam guirenciam facere et portare promisit predicto Petro Calveti sutori stipulanti pro se et ejus ordinio, pro suis pax quos inde nomine quo supra recognovit se habuisse et recepisse ab eodem ex quibus se habuit et tenuit pro contento.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc feudum ut quoque anno semper in tempore vindemiarum reddat inde et reddere ac etiam deferre teneatur dictus Petrus Calveti et ejus ordinium quartam partem tocius fructus et vindemie que de dicta vinea superius adjacenciata exierit bene et fideliter aportatam in dicta domo, sine missione dictorum dominorum et successorum suorum in dicta domo habitancium, et alias dominationes uti evenerint in futurum et in cartis antiquis hujus feudi continetur. Et dictus feudotarius recepit dictum feudum sub pactis et conditionibus supra dictis et in cartis antiquis ipsius feudi continentur ut est dictum.

Factum fuit hoc Tholose decima die exitus mensis janoarii, regnante Phylipo Francorum rege, et Johane archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo decimo octavo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus de Gironda mercator, et frater Arnaldus Olierii frater domus Sancti Johannis ; et Petrus de Castro Novo, publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit et signo suo contento signavit.

338

22 janvier 1319

Dominique, femme de Pierre Calvet, renonce à tous les droits qu'elle pourrait avoir sur le bien vendu par son mari en vertu de ses droits dotaux.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 332, paragraphe B.

Noverint universi, quod Dominica, uxor Petri Calveti sutoris de carraria vocata de Pairanis Tholose, audita et intellecta illa venditione quam dictus Petrus Calveti sutor maritus ejusdem Dominice fecerat et concesserat Raymundo de Saysshes d'As, filio Guillelmi de Saysshes d'As condam de barrio Penitencie Tholose de toto illo medio aripento malolle cartanerii et magis vel minus si ibi est quod habere dixerunt ultra Yrcium in loco vocato a la Devesa, inter honorem Arnaldi Catre ex una parte, et inter cartos Montarzini Bequini ex altera prout in carta venditionis facta manu mei notarii infra scripti clarius confrontatur de voluntate dicti mariti sui qui tunc ibi presens erat et in hoc se concentiit, certificata prout de jure suo per me notarium infra scriptum predictam rem venditam et superius confrontatam pro dote sua sibi et donatione propter nupcias fore obligatam, gratis et ex certa sciencia predictam venditionem predicto emptori presenti laudavit et aprobavit et jus et rationem quod et quam ipsa habebat vel habere debebat yure ypothece dotis sue et donationis propter nupcias vel aliis in predicta re supra vendita cum omnibus juribus suis, Raymundo de Saysshes emptori predicto presenti pro se et ejus ordinio absolvit et quitavit, cum pacto faciens de aliquid ulterius non petendo, renuncians inde dicta Dominica de voluntate dicti mariti sui ex suis certa sciencia beneficio cenatus consulti Velleyani et juri ypothecarum suarum et instumentis suis dotalibus in hoc casu et demum omni alii jure et facti auxilio per quod contra predicta vel aliquid de predictis venire posset per se vel per personam interpositam in futurum et predicta tenere et complere et non contra facere nec venire promissit dicta Dominica de auctoritate dicti mariti sui firma stipulatione et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum ac etiam bonam et firmam guirenciam facere et portare, promisit dicto emptori stipulanti per se et ejus ordinio de tota predicta vinea superius confrontata de se ipsa et de omnibus amparatoribus aliquid petentibus ex suis partibus in futurum.

Factum fuit Tholose decima die exitus mensis janoarii, regnante Phylipo Francorum rege et Johanne archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo decimo octavo.

Hujus rey sunt testes Petrus Calveti filius Petri Calveti sabaterii, et Raymundi Vedelier brasserius de Clotis[(a)], et Arnaldus de Galhaco de Sancto Cipriano, et Petrus de Castro Novo publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit. Cum quondam suprascriptione continente in se : « et Raymundus Vedelier brasserius de Clotis ».

(a) Appendu dans le texte, ajout ultérieur du notaire ayant constaté son oubli.

339

8 décembre 1320

Bernard de Gironde, chapelain et trésorier de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord du précepteur et de ses frères une mezalhade de mailleul quartenier située à la Devèze, dans les quartiers de l'Hôpital, à Guillaume Gascon du faubourg des Pénitents. Il devra livrer annuellement-au pressoir de la domus *des frères hospitaliers, le quart de ses vendanges et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 333.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Bernardus de Gironda capellanus et thesaurarius domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem tenensque locum in dicta domo, religiosi viri domini fratris Petri Ungula prioris ejusdem domus, loco, vice et nomine dicti domini prioris, de consilio fratrum ejusdem domus infra scriptorum, videlicet fratris Raimundi Durandi, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Petri Textoris, fratris Arnaldi de Serris et fratris Bernardi de Fonte, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Guillelmo Vasconi de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis quartanerii cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, quam esse dixerunt apud Devesiam in quartis dicte domus, inter honorem eidem die infeodatum Arnaldo de Aigone ex una parte, et honorem Geraldi Fabri ex parte alteri, et exitus ex duabus partibus.

Tali pacto ut annuatim tempore vindemiarum reddat inde priori et fratribus dicte domus et asportari faciat suis propriis expensis ad tortular dicte domus quartam partem tocius fructus qui inde exierit. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris dicte domus et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predicto feodotarius vel ejus ordinium non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose octavo die introitus mensis decembris regnum Philippo Francorum rege, Johannes archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo vicesimo.

Hujus rei sunt testes Petrus de Vieus serviens regis, et Arnaldi de Aragone bracerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

340

8 décembre 1320

Bernard de Gironde, chapelain et trésorier de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief avec l'accord du précepteur et de ses frères une mezalhade de mailleul située à la Devèze, dans les quartiers de l'Hôpital, à Arnaud d'Aragon du faubourg des Frères pénitents. Il devra livrer annuellement au pressoir de la domus *des frères hospitaliers, le cinquième de ses vendanges et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 334.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Bernardus de Gironda capellanus et thesaurus domus Tholose ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem tenens locum in dicti domo religiosi, viri domini fratris Petri Ongula prioris ejusdem domus loco vice et nomine dicti domini prioris, de consilio fratrum ejusdem domus infra scriptorum, videlicet fratris Raimundi Durandi, fratris Arnaldi de Fonte, fratris Petri Textoris, fratris Arnaldi de Serris et fratris Bernardi de Fonte, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Arnaldo de Aragone de barrio Penitencie, et ejus ordinio, totam illam medallatam malolis, et cum terra in qua est et cum introitu et exitu suo, qui esse dixerunt apud Devesiam in quartis dicte domus, inter honorem eidem die infeodatum Guillelmo Vasconis de eidem barrie ex una parte, et honorem Petri Materis ex parte altera et exitus ex duabus partibus.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde priori et fratribus dicte domus et asportari faciat suis propriis missionibus et expensis ad tortular dicte domus quartam partem tocius fructus qui inde exierit. Et reacapte duos d. tol. quando evenerit per mortem prioris dicte domus et per mortem feodotarii. Et de clamore hujus feodi fidem inde inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predicto feodotarius non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio dominorum qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose octavo die introitus mensis decembris regnum Philipo Francorum rege, Johannes archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo vicisimo.

Hujus rei sunt testes Petrus de Vent servientis domini regis, et Guillelmus Vasconis bracerius, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

341

20 novembre 1322

Guillaume Étienne, tisserand du Clos, avec l'accord de sa femme Bernarde, vend à Jean Gascon, brassier de la rue de Sayranis*, une mezalhade de mailleul située au-delà de l'Hers dans le lieudit d'*Altabresit*, pour la somme de 49 sous.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 335, paragraphe A.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Guillelmus Stephani textor de Clotis, de consilio et voluntate in presencia et expresso consensu Bernarde, uxoris sue, que omnibus et singulis infrascriptis se consiit[(a)] et sic fieri voluit justo et irrevocabili titulo perfecte venditionis vendidit, dedit, cessit, absolvit, dimisit ac perpetuo dereliquit cum hoc presenti publico

instrumento, nunc et in perpetuum valituro, Johanni Vasconi brasserio de carrer de Sayranis ibidem presenti, ementi et recipienti pro se, suisque heredibus ac ordinio, totam illam medalhatam malolis, et plus si ibi est, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu — quam esse dixerunt ultra Ircium in loco vocato Altabresit, inter honorem qui fuit Petri de Podio ex una parte et inter honorem qui fuit Arnaldi Sernini ex parte altera et tenet de honore Geraldi Aynerii usque ad exitum — in precio et pro precio quadraginta novem sol. tol. guiritorum.

Quod precium dictus venditor recognovit et concessit se a dicto emptore numera[…]um habuisse et recepisse de quo precio habuit ac se tenuit pro bene paccato et contento. Quam medalhatam malolis dictus venditor costituit se precario nomine dicti emptoris et pro eo tenere et possidere, donec ipse emptor inde pro se vel per alium ejus nomine possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi et penes se retinendi, deinceps dictus venditor dicte emptori et ejus ordinio licentiam omnimodum contulit atque dedit quando ei placuerit, jussu vel licentia judicis vel cujuslibet alterius minime requisita. Et in signum tradite possessionis, dictus venditor tradidit dicto emptori quedam instrumenta ad firmitatem dicti malolis pertinentes, et si dictam medalhata malolis superius vendita et adjacenciata ad presens plus valet vel valebit etiam in futurum ultra dictum precium, totum illud plus quantumcumque sit, vel esse possit, venditor predictus dedit dicto emptori et ejus ordinio donatione pura inter vivos, quamvis ultra dimidiam justi precii excederet, pro omni sua voluntate et sui ordinium inde perpetuo facienda, exceptioni dicti precii non habiti, non numerati nec recepti et ei non traditi et doli mali conditioni sine causa et in factum actioni, et jus dicenti donationem factam tam ingratitudinis posse revocare, et jus per quod deceptis in venditionem ultra dimidiam justi precii subvenitur et omni exceptioni alii atque juris cum quo vel quibus contra predictam vel aliqua predictorum venire posset de jure vel de facto. Renunciavit et de omni hac venditione, dictus venditor debet et firma stipulatione promisit dicto emptori ibidem presenti stipulanti et recipienti pro se, suisque heredibus ac ordinio, inde et ejus ordinio esse guirens, et facere et portare in judicio, et extra judicium, bonam et firmam guirenciam de omni petitione, idem controversia, et demanda que inde ei vel ejus ordinio fieret in futurum, de omnibus amparatoribus, et jus evictione excepta parte dominationis, sub omni reffectione dampnorum, et expensis litis, et extra ac interesse, et bonorum suorum presencium et futurorum obligatione, et absolvit et reddidit feodum venditor predictus domino vel dominis a qua vel quibus dicta medalhata malolis superius vendita fevaliter tenetur, ideo ut illud dicto emptori et ejus ordinio concederent et laudarent.

Et si dicta terra in predicta medalhata malolis superius vendita, aut in aliqua ejus parte aliquid jus vel rationis habebat vel habere debebat ratione dotis, dotalicii, doni, pacti, legati recessisiorum assignamenti aut aliter ullo modo, illud totum dicta Bernarda dedit dicti emptori et ejus ordinio donatione pura inter vivos sine aliquo retentu quod ibi non fecit nec retinuit ullo modo. Immo mandavit et promisit inde ei et ejus ordinio esse guirens et facere et portare in judicio et extra bonam et firmam guirenciam de se ipsa et de omnibus aliis viventibus ibi aliquid ex suis partibus petentibus vel requirentibus in futurum, renuncians inde dicta Bernarda certificata de jus sue dotis et alio si que habebat per me notarius infrascriptum, beneficio senatus consulti Velleyani et legi Julie de fundo dotali et autentice « si qua mulier » et omni exceptioni alii atque jus cum quo vel quibus contrapredicta vel alique predictorum venire posset de jus vel de facto.

Actum fuit hoc Tholose, undecimo die exitus mensis novembris, regnante Karolo rege Francorum et Johanne archiepiscopo Tholosanno, anno ab incarnatione Domini, millesimo CCC° vicesimo secundo.

Hujus rei sunt testes Arnaldus Faber textor de Clotis, et Petrus Ausrandi brasserius de Monteaygone, et Vitalis Baravi publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(*a*) Lire : « consentiit ».

342

3 octobre 1323

Bernard de Gironde, trésorier de la domus *hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Guillaume Étienne, tisserand du Clos, à Jean Gascon, brassier de la rue* Sayranis *(*cf *acte n°341). Bernard de Gironde récupère le fief puis, après avoir perçu ses pax, l'inféode à Jean Gascon qui devra livrer, tous les ans, à la* domus *des frères hospitalier, 15 derniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 335, paragraphe B.

Noverint universi quod frater Bernardus de Gironda thesaurus et locum tenens domini prioris domus Hospitalis Sancti Johanni Jherusalem Tholose [pro se et ...] nomine quo supra [...], audita et intellecta illa venditione qua Guillelmus Stephani textor de Clotis fecerat Johanni Vasconi brasserio de carrera de Sayranis de tota illa medalhata malolis, et plus si ibi est, quam esse dixerunt ultra Ircium in loco vocato Altabresit, inter honorem qui fuit Petri de Podio ex una parte, et inter honorem Sernini ex parte altera et tenet de honore Geraldi Ayrerii usque ad exitum — precio XLIX sol. tol. guiritos unius venditionis ego notarius infascriptus ad faciendum inde publicum instrumentum acceperam mandamentum, recuperato feodo a predicto venditore et pro suis pax quas inde recognovit habuisse, laudavit et dedit ad feodum et laudando et dando ad feodum de omnibus amparatoribus ex parte dominationis guirire promisit et convenit predicto feodotario totam predictam medalhatam malolis cum terra in qua est et cum introitu et exitu prout inter adjacentias includitur supradictas.

Sub pacto quod semper teneat ibidem vineam condrictam et quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto domino priori et fratribus dicte domus XV d. tol. obliarum. Et retrocapite duos d. tol. videlicet per mortem dicti domini prioris et feodotarii. et de clamore hujus feodi fidejussores inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feodotarius juste fuerit inculpatus et predictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predictum feodum dare ad superfeodum nec dare, vendere nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum set si dictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc consilio ipsorum dominorum et reddat inde eis de quoque solido venditionis unum denarium, et de quoque solido pignoris, unum obolum. Et predictus feodotarius recepit predictum feodum a predicte domino sub modis, pactis et conditionibus supradictis, et promisit facere et servire predictas oblias et alias pertinentes dominationes uti evenerint in futurum pro feodo supradicto.

Actum fuit hoc Tholose, tercio die introitus mensis octobris, regnante Karolo rege Francorum, et Johanne archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini, millesimo CCC° vicesimo tercio.

Hujus rei sunt testes frater Arnaldi de Narbona, frater dicte domus, et Giraldus Ayrerii, et Vitalis Barravi publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

343

27 mai 1324

Après avoir approuvé la vente faite par Guillelme, femme de feu Bernard Squinier de la rue Saiguède, à Guillaume Chambrier, tisserand habitant de la rue de Guillaume Peyrolières, d'un demi-arpent de mailleul quartenier, situé au-delà de l'Hers, dans le lieudit du Vieux clos, pour la somme de 50 sous, Bernard de Gironde, trésorier de l'hôpital de Toulouse, récupère le

fief, récupère ses pax*, puis l'inféode à Guillaume Chambrier. Celui-ci devra livrer, tous les ans, à la* domus *des frères hospitaliers le quart de ses vendanges et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 337, paragraphe A.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Guillelma, uxor condam Bernardi Squinerii de cararia Sanguede Tholose, non in dicta nec circumventa nec aliqua decepta set sua spontanea voluntate vendidit, justo et yrevocabili titulo perfecte venditionis, absolvit in perpetuum et quitavit cujus hoc presenti publico instrumento, nunc et in perpetuum valituro, Guillelmo de Chambrino textori qui moratur in carraria Guillelmi Petri Oyeres, ementi et recipienti, pro se et suisque ordinio, totum illud medium aripentum maloli quartanerii, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, et plus vel minus si ibi est, quod esse dixerunt ultra Yrcium in loco vocato ad clausum veterum, inter honorem hospitali, inter honorem Sicardi de Fezale ex una parte, et inter honorem Petri Martini ex altera, et tenet de exitu usque ad alium exitum, cum omnibus juribus et actionibus ad eandem venditionem in dicte honore vendito spectantibus et pertinentibus de jure vel de facto. Quam venditionem fecit, dicta venditrix, dicto emptori precio et nomine precii quinquaginta sol. tol. bonorum ad totum, quos a dicto emptore in pecunia numerata recognovit et concessit se habuisse et recepisse, de quo precio, dicta venditrix, habuit et tenuit se pro bene pacata et contenta. Et si dictus honor superius venditus ultra dictum precium plus valet, vel valuerit in futurum, illud plus quantumcumque sit, vel esse possit, dicta venditrix dedit eidem emptori et ejus ordinio donatione pura et simplici facta inter vivos, sine aliquo retentu quem ibi non fecit, nec retinuit ullo modo. Promittens sollepniter, dicta venditrix, facere et portare bonam et firma guirenciam predicto emptori presenti, pro se ejusque ordinio stipulenti, de toto predicto adjacienciato honore[(a)], de omni guirire, et de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis.

Et si quo tempore lis, questia, controversia eidem emptori, et ejus ordinio, moveretur in dicto honore superius vendito, in totum vel in partem, per aliquam personam, illam litem, questionem, contraversiam et demanda et omnem petitionem, predicta venditrix promisit in se et super se suscipere et eidem cistere usque ad finem, et ducere suis propris expensis ipsius venditrix judicum, et advocatorum tam in causa principale quam in causis appellationum, et ipsum emptorem et ejus ordinum in dampnem gicere de tota controversia et expensis penitus et solutum, et hoc totum promisit dicta venditrix facere complere et excequi ad monitionem ipsius emptoris et ejus ordini, sub omni reffectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra, et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presensium et futurum, et sub omni renuntiatione pariter et cautela.

Quem honorem superius venditum [...] venditrix dixit et constituit se nomine ipsius emptoris et pro eo possidere donec inde possetione [...] corporalem, quam accipiendi et retinendi licentiam ei dedit et conssessit auctoritate propria[...] voluerit ipse emptor vel ejus ordinium absque alicujus judiciis seu curia proclamatione, et absolvit inde et quitavit feudum dictus honor superius venditum dominis feudi a quibus fevaliter tenetur, ideo ut illud laudarent et concederent dicto emptori et ejus ordinio. Renunciavit inde dicta venditrix exceptioni non numerate dicti precii non habite et non recepte et ei non tradite et exceptioni doli mali, et illi jure quo subvenitur decepte ultra dimidiam justi precii, et juribus dicentibus donationem factam propter ingratitudine revocari posse, et generaliter omni legum juris et facti auxilio, et certificata predicta Raymunda, per me notarius infrascriptum, de jure sue dotis, renunciavit specialiter privilegio sue dotis, et juris ypothecarum suarum, et legi Jule de fondo dotali, et epistole divi Adriani et exceptioni doli mali, et conditioni sine cause, et in factum actioni, et beneficio senatus consulti Velleyani et autentice « sica mulier », integrum et in favorem mulierum

introducta, cum quo vel quibus contra predicte vel aliquo predictorum venire posse, aut se deffendere, vel tueri de jure vel de facto, preterea predicta Raymunda juravit super Sancta IIII^{or} Dei evangelia manu sua corporaliter dextra tenere, complere et servare omnia et singula supradicta et non contra facere, vel venire aliqua ratione vel etiam de jure vel de facto.[(a)]

Item hec venditione fuit facta concilio et voluntate domini fratris Bernardi de Gironda, presbiteri et thezaurerii domus Sancti Johannis Jherusalem civitatis Tholose, et tenens locum domini prioris ejusdem domus, recuperato feodo a predicto venditore, et pro suis pax, quos a dicto Guillelmo de Chambrino in pecunia numerata recognovit et concessit se habuisse et recepisse de quibus dictus frater Bernardus habuit et tenuit se, pro bene pacato. Et nomine quo supra predictam venditionem laudavit et laudando dedit ad feudum predicto Guillelmo de Chambrio presenti, pro se ejusque ordinio, stipulanti et recipienti totum predictum medium aripentum maloli, cum terra in qua est, et cum introitu et exitu, et plus vel minus si ibi est, prout inter adjacentias includitur supradictas.

Tali pacto laudavit et dedit ei hoc fudum ut annuatim tempore vindemiarum reddat inde et persolvat dicte domui, vel ejus successoribus, quartum totius vindemie bene et fideliter, quos inde exierit, delatum propriis missionibus dicti feudatarii vel ejus ordini apud Devesiam vel apud Tholosam ad electionem dicti domini prioris vel ejus successoribus. Et de retroacapite IIII^{or} d. tol. quando evenerit. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeat dictus dominus et IIII^{or} d. tol. justiciam si juste feudotarius fuerit inculpatus. Et istud fudum non possit dare ad super feudum vendere, nec inpignorare millitis, clerico, burgense, nec domui religionis, nec aliter a sse alienare cur dictus dominus vel ejus successoribus possit perdere suos pax, aut aliquid suarum dominationum. Set si illud feudum vendere vel inpignorare voluerit, vendat vel inpignoret cuicumque voluerit consilio tamen ipsius domini vel ejus successoribus qui habeat inde de uno quoque sol. venditionis unum denarium, et de uno quoque sol pignoris, unum obolum. Promittens sollempniter dictus frater Bernardus de Gironda nomine quo supra esse guirens predicto Guillelmo de Chabrini presenti, pro se ejusque ordinio stipulanti, de toto preadjacencito honore de omnibus amparatoribus ex parte dominationis. Et ibidem dictus feudotarius dictum recepit infeudamentum cum dominationibus et conditionibus supradictis, et promisit et per pactum convenit reddere et persolvere quoque anno predictum quartum vindemie et alias dominationes uti evenerint in futurum pro feudo supradicto.

Actum fuit hoc quinto die exitus mensis madii, regnante domino Karolo rege Francorum, et domino Johanne archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo vicesimo quarto.

Hujus rei sunt testes Petrus Vitalis, et Germanus Amelii braserii qui moratur in cararia Sauguede Tholose, excepto laudamento vero fuit testes magister Jacobus de Brinholi de Veneris juris peritus, et Bernardus de Valle Malu clericus, et ego Bernardus Boneti publicus Tholose notarius qui sum de toto testes et cartam istam scripsi.

Constat de interliniatiis suprascriptis continetur : "de toto preadjacencito honor", et "vicesimo", et "preterea predicta Raymunda juravit super Sancte IIII^{or} Dei evangelia manu sua corporaliter dextra tenere, complere et servare omnia et singula supradicta et non contra facere vel venire aliqua ratione vel tam de jure vel de facto."

(a) "De toto predicto adjacienciato honore" appendu dans le texte suite à un oubli ; (b) "preterea predicta Raymunda juravit super Sancta IIII^{or} Dei evangelia manu sua corporaliter dextra tenere, complere et servare omnia et singula supradicta et non contra facere, vel venire aliqua ratione vel etiam de jure vel de facto" même chose.

344

30 mai 1324

Feue Raymonde, femme de Bernard de Squinier, a légué ses vêtements à Françoise, femme d'Arnaud Garde de la rue Saiguède, et à Bernarde Colombe, vivant à Montolieu. Elles ont reconnu avoir bien reçu ces legs par le biais de Rixende, femme de Guillaume Chambrier, tisserand, qu'elles délivrent de toute obligation.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 337, paragraphe B.

Notum sit cunctis quod cum Raymunda condam, uxor Bernardi de Squinerii, legasset in presencia mei, notarius infrascripti, et Petri Vitalis et Germani Amelii braserii, qui morantur in cararia Sanguede, Faurese, uxor Arnaldi Garde de cararia Sangueda, omnes vestis ipsius Raymunde condam videlicet duas tunicas albas et unum pelisonem et unum supertunicalium lavidi, et Bernarde Columbe beguine qui moratur apud Monte Olium, unam capam.

Predicte Fauresa et Bernarda eorum sponte recognoverunt et concesserunt in presencia mei, notarius et testium infrascriptorum, se habuisse et recepisse a Guillelmo de Chambrino textori nomine Rixende, uxore ejus, de quibus quidem legatum habuerunt et tenuerunt dicte legatarii se pro bene pacato et contento, et absolverunt inde et quitaverunt dictam Rixendam et ejus bona, et ejus ordinio, et res de bona dicte condam Raymunde sine aliquo retentu quem ibi non fecit, nec retinuit ullo modo.

Immo promiserunt et convenerunt, dicte Fauresa et Raymunde, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum ipsorum presencium et futurorum, mihi notarius infrascripto, vice et nomine dicte Rixende, absenti stipulanti[(a)], esse guirentes et facere et portare bonam et firmam guirentiam de omni peccunie questione et demanda que inde eidem Rixendi, vel ejus ordinio, ratione dicti legati ex eorum partibus vel alteri nomine ipsorum fieret in futurum sub reffectione dampnorum et [...] ac interesse litis et extra exceptioni dictorum vestes eis legatorum non habitorum, nec receptorum et eis non traditorum et doli [...] alii juris et facti auxilio renunciantes.

Actum fuit penultimo die exitus mensis madii, regum Karolo rege Francorum, et Johanne archiepiscopo Tholose, anno ab incarnatione domini M°CCC°XXIIII°.

Hujus rei sunt testes Bernardus Baravi textori, et Arnaldus Garde, et ego Bernardo Bonti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsi.

Constat de inter lineatur continere : "absenti stipulanti."

(a) « Absenti stipulanti » appendu dans le texte suite à un oubli.

345

22 janvier 1325

Raimond Azéma de La Force, notaire, Jeanne, son épouse, et Guillelme de Borde, mère de Jeanne et tutrice, ont vendu à Bernard Jean, marchand de la Porterie, une vigne quartenière située au-delà de l'Hers, dans le lieudit du Vieux clos de Saint-Jean de Jérusalem de Toulouse, pour la somme de neuf livres tournois (conformément à la volonté du défunt père de Jeanne).

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 338, paragraphe A.

Noverint universi quod magister Raimundus Adzemarii de Forcia, notarius, et Johanna ejus uxor, et Guillelma de Bordis, mater dicte Johanne et tutrix ejusdem, eorum spontaneis voluntatibus, bonus animus et ex certis scientiis, vendiderunt, titulo perfecte et irrevocabile venditionis, quitaverunt et absolverunt Bernardo Johannis, mercatori de Portaria Tholose,

presenti et recippienti, pro se et ejus ordinio stipulanti, quandam vineam cartaneriam, quam asserunt se habere ultra Yrcium, in loco vocato ad clausum veterem Sancti Johannis Jherosolimitani Tholose, que confrontatur cum honore Petri de Podio, condam, ex una parte, et exitus ex duabus partibus, pro omni voluntate ipsius emptoris et ejus ordinii perpetuo facienda.

Constituentes se, dicti venditores, dictam vineam superius venditam tenere et possidere nomine et vice ipsius emptoris et pro eo, donec idem emptor ejusdem vinee possetionem acceperit corporalem, vel alius ejus nomine. Quam possessionem recipiendi et deinceps perpetuo retinendi, quacumque eidem emptorum placuerit, predicti venditores sibi plenam et liberam atribuerunt potestatem. De quaquidem vinea superius vendita et confrontata, dicti venditores promiserunt, sub obligatione omnium bonorum suorum, facere et portare bonam et fimam guirenciam in judicio et extra, et evictiones omnimodam, predicto emptori, de omnibus amparatoribus, exepta pa[r]te dominationis precise et subreffectione dampnorum et expensis litis et extra ac etiam interesse. Et absolverunt et quitaverunt feudum eidem domino, a quo tenetur in feudum, ut idem dominus concedat et laudet eidem emptori.

Hanc autem venditionem, predicti venditores asserunt se fecisse eidem emptori pro precio novem librarum turonensium parvorum, ad totum cum dimidia, quod precium dicti venditores recognoverint habuisse et recepisse ab eodem emptore antedicto, in bona peccunia numerata et in solutione et pro solutione illius legati quod dictus condam pater ejusdem Johanne eidem Johanne legaverat in suo ultimo testamento, ut ibi fuit dictum de cujus numeratione pecunie et de dicto precio se tenuerunt pro bene paccatis et contentis, et si forte dicta vinea plus valet hodie ve[l] valebit in futurum totum illud plus et illam majorem valenciam, quantumcumque sit dato quod exederet ultra dimidiam justi precii, donatione cessione inter vivos habita, dederunt et cesserunt predicto emptori et ejus ordinio, pro omni voluntate ipsius perpetuo facienda.

Et si forte lis questio, petitio, pertubatio, inquietatio, molestia, injuria, violencia, seu demanda fieret vel moveretur per aliquas personas in futurum in dicta vinea superius vendita, vel ipsi emptori occasione ejusdem, tam per viam judicii ordinarii quam extra ordinarii, vel alias quoquomodo, in judicio sive extra illam litem, questionem, petitionem, pertubationem, inquietationem, molestiam, injuriam, violenciam seu demandam, in se et super se, et sub periculo rerum suorum, suscipere duceret et deffendere usque ad finem. Tociens quociens opus fuerit aliquo tempore in futurum, dicti venditores, suis propriis missionibus promisserunt dicto emptori sollempniter ac etiam convenerunt, dato quod denunciatum seu monitum eisdem venditoribus non fuerit per dictum emptorem, vel etiam intimatum. Ad quam denunciationem seu monitionem faciendam, ipsum emptorem, nec ejus heredes minime teneri voluerunt venditores superius nominati quod visi fecerint et propter deffensam omnium premissorum, per dictos venditores eidem emptori promiserint, ipse emptor aut sui successores, fecerint aut sustinuerint, in judicio sive extra, illa et illas dampna, interesse, missiones, seu expensis reddere, resarcire et restituere eidem emptori stipulanti. Dicti venditores promiserunt sollempniter ac etiam convenerunt, dato quod ob culpam vel necligenciam dicti emptoris, aut ejus successorum, facta fuerit in judicio vel extra, remittentes omni necessitati appellandi. Si super evictione proprietatis vel possessionis pronunciati, cognosci, interloqui decerni, seu etiam declarari contingerit contra ipsum emptorem, volentes et concedentes, predicti venditores, nomine quo supra, quod non possint dicti proponi seu etiam allegari quod ejusdem emptoris culpa vel necligencia, aut ejusdem advocati imperitia, seu judicis vel curie aut persone alterius cujuscumque qualitate, dictam vineam superius venditam et confirmatam, in solidum vel in parte, sit evicta, et incontinenti lata sentencia, reddere et restituere precium totum supradictum, aut precium pro rata pro qua esset evictum, cum toto suo interesse, melioramento et aucmento, litis et extra, et sub consimili obligatione antedicta.

Nam, ita ut predictum est, inter ipsos venditores et dictum emptorem actum, in isto contractu et ante et post, extitit et conventum, et firma stipulatione vallatum, renunciantes super

hiis exceptioni dicti precii non habiti et non recepti, et non numerate peccunie et non recepte, doli mali, fraudis, et legi rem majoris precii, et beneficio ejusdem, et legibus et juribus dicentibus quod contractus ratione minoris precii rescinditur, aut quod deest precio suppleatur, et dicentibus donationem ex causa ingratitudinis revocari posse, vel alias de jure vel de facto, modo quolibet infirmari. Si modus vel causa pro qua facta fierit re vera defficiat, in eadem et epistole divi Andriani et beneficio novarum constitutionum « de duobus vel pluribus reis debendis », et autentice presente utroque de fidejussoribus, hoc itaque a se dicte mulieres certificate de juris suis renunciaverunt per me notarius infra scriptum, renunciaverunt juris epothecarum suarum et dotum et beneficio cenatus consulti Velleyani et legis « sanximus » et autentica « si qua mulier » et legi « de fundotali » et legibus et juribus dicti mulieribus sibi conpentibus.

Actum fuit hoc Tholosano, XVII januarii, regnante domino Karolo, Francorum et Navarre rege, et domino Johanne, archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo XXIIII.

Hujus rei sunt testes Germanus Augerii, et Bernardus faber de carrarie Raymundi Del Faito Tholosano, et Petrus Blancherii publicus autoritate regia notarius qui hanc cartam scripsit.

346

3 décembre 1325

Bernard de Gironde, trésorier et chapelain de la domus *hospitalière de Toulouse, donne en fief à Ponce d'Aure, tanneur, la totalité d'une mezalhade de mailleul, plus dix escats, située dans l'honneur de la Devèze près de son bois. Il devra livrer tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers de Toulouse 13 deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 339

[*Texte non transcrit*]

347

18 janvier 1325

Bernard de Gironde, au nom de Pierre de l'Ongle, prieur de la domus *hospitalière de Toulouse, loue et approuve la vente faite par Raymond Azéma, Jeanne, sa femme, et Guillelme, mère de Jeanne, à Bernard Jean, marchand de la Porterie (*cf *acte n°345). Bernard de Gironde récupère le fief puis, après avoir perçu ses* pax*, l'inféode à Bernard Jean qui devra livrer, tous les ans, à la* domus *des frères hospitalier, le quart de ses vendanges et toutes les autres redevances dues et citées dans l'inféodation originelle.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 338, paragraphe B.

Noverint universi quod frater Bernardus de Gironda, tenens locum venerabili viri ac reverendi prioris in Chisto fratris Petri de Ungula prioris domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani domus Tholose, audita et intellecta venditione quam fecerant Raymundus Adremarii, et Johanna, ejus uxor, et Guillelma de Bordis, mater dicte Johanne, Bernardo Johanni mercatori de Portaria Tholosano, presenti et stipulanti et recipienti pro se et ejus ordinio de tota illa vinea cartaneria cum terra in qua est et cum introitibus et exitibus suis — quam esse dixerunt ultra Yrcium in loco vocato ad clausum veterem que confrontatur cum honore Petri de

Podio, condam, ex una parte, et exitus ex duabus partibus — precio novem librarum turonensium parvorum omni dimidia, ad totum de qua venditione ego notarius infra scriptus receperam publicum instrumentum, dictus frater Bernardus nomine quo supra, recuperato feudo dicte vinee a predicto venditore, et pro suis pax quod recognovit inde et in veritate confessus fuit se habuisse et recepisse a predicto emptore, in bona peccunia numerata, dictam venditionem laudavit et confirmavit, ex parte dominationis, et laudando de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, guirire promisit et concessit ad feudum dictam vineam, cum terra in qua est, predicto emptori presenti, et ejus ordinio, sollempniter stipulanti prout inter adjacencias includitur supradictas.

Tali pacto dictus frater Bernardus dictam venditionem laudavit et confirmavit quod dictus Bernardus Johannis feudotarius, seu ejus heres, det et solvat annuatim eidem domum Sancti Johannis quartam partem tocius vindemie, quam inde exierit, annuatim tempore vindemiarum, delatam libere in domo Sancti Johannis sine missione ejusdem domus precise, et alias dominationes in instrumentis antiquis acquisitionis dicti feudi contentas et expressatas, quas idem frater Bernardus exprimere voluit in instrumentis antiquis continetur, cum quibus pactis et conditionibus dictus feudotarius recepit infeudationem predictam, et promisit per firmam stipulationem et convenit predictam quartam partem vindemie, quam inde exierit, de dicta vinea solvere predicte domui annuatim tempore vindemiarum libere in domo Sancti Johannis Jherosolomitani Tholosani, et alias dominationes prout evenerint in futurum, sub obligatione dicti feudi, et sub omne renunciatione juris et facti pariter et cauthela.

Actum fuit hoc Tholosa XVIII die januarii, regnum domino Karolo, Francorum et Navarre rege, et domino Johanne, archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini, M°CCC°XXIIII°.

Hujus rei sunt testes frater Raymundus Durandi ordinis Sancti Johannis, et magister Johannes de Bordis juris peritus, et Petrus Blancherii publicus autoritate regia notarius qui hanc cartam scripsit.

348

11 février 1326

Rosbert Maurand, fabricant de pourpoints de Toulouse, vivant dans la rue appelée du seigneur Pierre Dedieu de Castelnau, et sa femme Hélix ont donné à Bartholomé Austarderius*, tisserand de la rue de Provence, la totalité d'un arpent de mailleul situé dans le lieudit de la Devèze, dans le fief du prieuré et du couvent des frères hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem de Toulouse.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 368.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod Rosbertus Maurandi perpuncherius Tholose qui dixit se morari in carraria vocata domini Petri de Castronovo, et Helis ejus uxor, ambo insimul et quilibet eorum principaliter et in solidum eorum spontaneis voluntatibus non coacti, nec seducti nec per aliquem circumventi ut dixerunt, dederunt, cesserunt et donando et cedendo concesserunt donatione pura simplici et irrevocabili Bartholomeo Austarderii textori Tholose de carraria Provincialis […]que bene merito ibidem presenti pro se et ejus heredibus ac ordinio recipienti totum illud aripentum malholis et plus vel minus si ibi est cum terra in qua est, quod dixerunt se habere loco dicto apud Devesiam in feudis prioris et conventus ordinis fratrum hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose inter honorem qui fuit Johannis de Aquis Mortuis et nunc Bernardi Johannis mercatoris Tholose de Portaria ex una parte et exitum seu

carreriam ex altera cum introitu et exitu et aliis pertinentiis et juribus dicti malholis, ad habendum, tenendum, possidendum[(a)], explectandum et deinde quicquid perpetuo placuerit faciendum dicto donatario et ejus ordinio de dicto malhole superius confrontato necnon et totum jus et actionem quod et quam dicti conjuges et eorum quilibet habebant seu habere poterant vel debebant in malhole supradicto, cedentesque dicti conjuges dicto Bartholomeo omnia jura, voces et actiones reales et personales, utiles et directas, et pretorias dictis conjugibus et eorum cuilibet competentes et competituras pro predicto malhole adversus et contra quascumque personas ecclesiasticas seu etiam seculares. Preterea dicti donatores conjuges fecerunt constituerunt et posuerunt dictum donatorem de predictis superius donatis in locum suum et procuratorem ut in rem suam ita quod a modo dictus donatarius et ejus ordinium possit agere et experiri adversus et contra quascumque personas occasione premissorum et se deffendere vel tueri in judicio et extra coram quocumque judice ecclesiastico seu etiam seculares. Spoliando se dicti conjuges ab omni jure actione et ratione eisdem conjugibus expetentibus et competituris occasione predictorum, et dictum Bartholomeum nunc sciendo verbo et facto tam proprietatis quam possessionis premissorum superius donatorum per concessionem hujus publici instrumenti recognoscentes quidam conjuges et constituentes se nomine precario ipsius Bartholomei dictum malholem superius confrontatum possidere tamdiu quousque dictus Bartholomeus possessionem ejusdem malholis acceperit corporalem, cujus accipiendi et deinceps penes se retinendi dicti conjuges dicto Bartholomeo licenciam omnimodam contulerunt et dederunt licentia judicis et alterius persone [inde non] requisita. Et de predictis donationis superius expressatis dicti conjuges promiserunt dicto Bartholomeo, ibidem presenti pro se et ejus heredibus recipienti inde esse guirentes eidem et ejus heredibus et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus et petitoribus et jure evictione excepta parte dominationis, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum et sub omni renunciatione jure qualibus et cautela.

Hanc autem donationem dicti conjuges dixerunt se fecisse dicto Bartholomeo pro pluribus et diversis serviciis ab eodem donatario dictis conjugibus inpensis, de quibus se habuerunt et tenerunt pro bene paccatis et contentis exceptioni dictorum servitiorum dictis conjugibus non inpensorum doli, mali conditioni, sine causa, in factum actioni et juri, dicenti donationem factam causa ingratitudinis revocare posse, et juri dicenti donationem excedentem quingentorum aureorum firmam factam absque insinuatione judicis non valere et juri dicenti donationem factam causa non sequta non valere et dicta mulier certifficata de jure suo per me notarium infrascriptum renunciavit benefficio legis consulti et Velleyani et autem si qua mulier et legi […]ctimus et omni alii juri et facti auxilio dicti conjuges omnino renunciaverunt.

Preterea dicta Helis juravit ad Sancta quatuor Dei evangelia corporaliter manu sua dextra tacta predicta omnia et singula accendere et servare et non contra facere vel venire per se vel per aliam personam interpositam ulla ratione vel causa.

Hoc fuit factum Tholose die martis post octabis puriffications Beate Marie virginis, regnante domino Karolo Francorum rege, Johanne archiepiscopo Tholosano, anno incarnationis Domini millesimo CCC° vicesimo quinto.

Hujus rei sunt testes Bartholomeus Andrici de villa de Malharenis in vicarie Tholose, Raymundus de Masano sutor de carraria provinciale Tholose et Stephanus de Pairaco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

(a) Répété par erreur.

349

25 mars 1326

Bernard de Gironde, trésorier et chapelain de la domus *hospitalière de Toulouse, donne en fief à Barthélémy Calvet un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers. Il devra livrer tous les ans à la* domus *des frères hospitaliers de Toulouse le quart de ses vendanges et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 336, paragraphe A.

[*Texte non transcrit*]

350

11 novembre 1326

Arnaud de Serres, commandeur d'Andrivaux, donne en fief avec l'accord du précepteur et de ses frères un demi-arpent de mailleul situé au-delà de l'Hers, dans l'honneur de la Devèze et dans les quartiers nouveaux, à Jeanne, femme d'Arnaud de Laurent, du faubourg des Frères Pénitents. Elle devra livrer annuellement, au temps des vendanges, au pressoir de la domus *des frères hospitaliers, le quart de ses récoltes.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 348.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod dominus frater Arnaldus de Serris preceptor domus de Andrivallibus ordinis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem procurator generalis et locum tenens venerabilis et religiosi viri domini fratris Petri Ungula prioris prioratus Tholose ordinis supradicti, loco, vice et nomine dicti domini prioris et procuratio nomine ejusdem domini prioris de consilio tanem et voluntate quorumdam fratrum dicte domus tunc secum asistencium, videlicet fratris Bernardi de Vartasera, fratris Johannis de la Gachia et fratris Arnaldi de Fonte, dedit ad feodum ac etiam de omnibus amparatoribus guirire promisit Johanne uxori Petri de Lorentis de bario Penitencie, presentis, et ejus ordinio, totum illum medium aripentum malolis, cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt ultre Yrcium, in honore Devesie, in quartis novis, inter honorem Guillelmi de Falgaro, et honorem Petri de Farno, et tenet de honore Raimundi Maur usque ad exitum.

Tali pacto ut quoque anno tempore vindemiarum reddat inde priori et fratribus dicte domus et asportet, seu asportari, faciat sine missione preceptoris et fratrum dicte domus ad tortular dicte domus quartam partem tocius fructus qui inde exierit. Et de clamore hujus feodi fidem inde inde habeant domini, et quatuor d. tol. justiciam si feudotarius pro predicto feodo juste fuerit inculpatus, et predicto feodotarius, vel ejus ordinium, non debet hunc predictum honorem dare ad superfeudum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi nec suo filio, nec clerico, nec domui religionis, nec aliter a se alienare cur domini possint inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel impignorare voluerit, faciat hoc consilio prioris et fratrum dicte domus qui habeant inde de unoquoque sol. venditionis unum denarium, et de quoque sol. pignoris unum obolum.

Hoc fuit factum Tholose undecima die introitus mensis novembris regnum Carulo Francorum rege, Johannes archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo vicisimo sexto.

Hujus rei sunt testes Raimundus Canaerii bracerius, et Petrus Ortelani, et Petrus Magoti publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

351

[1327][a]

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Arnaud Tournier, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. L'ancienne redevance du quart est vendue pour […] livres qui serviront en premier lieu au remboursement des dettes contractées auprès de la société des lombards de Florence et des autres créanciers de l'Hôpital. Arnaud Tournier devra désormais trois sous toulousains d'oublie avec fleur et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 341.

[*Texte non transcrit*][b]

(*a*) La partie inférieure du parchemin a été déchirée, il n'est donc pas possible de dater le parchemin. En revanche, il appartient sans aucun doute au dossier des conversions de cens de 1327. ; (*b*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire.

352

22 février 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Pierre Condamine, habitant de rue de la Croix de la bastide de Stelle à Toulouse, des redevances quartenières qu'il devait pour les trois médaillés et la troisième partie d'un arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. L'ancienne redevance du quart est vendue pour 30 sous qui serviront en premier lieu au remboursement des dettes contractées auprès de la société des lombards de Florence et des autres créanciers de l'Hôpital. Pierre Condamine devra désormais quatre sous et six deniers toulousains d'oublie et quatre deniers et une obole de réacapte le cas échéant. En cas de retard de paiement, les Hospitaliers se réservent le droit de retenir 5 sous et trois deniers toulousains, en plus des oublies, par année de retard.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 349.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire.

353

22 mars 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Michel Faber, habitant de la porte Cerdane, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. L'ancienne redevance du quart est vendue pour 20 sous qui serviront en premier lieu au remboursement des dettes contractées auprès de la société des lombards de Florence et

des autres créanciers de l'Hôpital. Michel Faber devra désormais trois sous toulousains d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant. En cas de retard de paiement, les Hospitaliers se réservent le droit de retenir six deniers toulousains, en plus des trois sous d'oublies, par année de retard. Insérée dans cet acte de vente et conversion de cens, la procuration délivrée par Pierre de l'Ongle précise la liste des biens du grand prieuré de Toulouse qui pourront être inféodés à nouveaux cens afin de faire face aux dettes contractées par les hospitaliers.[(a)]

A.Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce n°343.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod cum Michael Fabri, qui dixit se morari Tholose loco vocato apud portam Cerdanam, haberet et teneret in feudum sive in emphiteosim a religioso et potente fratre Petro de Ungula Sancte domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolhimitani priore prioratus Tholose ordinis Beati Johannis sive a regentibus domum dicti hospitalis nomine ejusdem prioris, medium aripentum maleoli, ad comunem pagellam, formam et perticam ville Tholose, cum introitu et exitu suo et cum omnibus juribus et pertinentiis suis — quod quidem maleolum esse dicitur in pertinentiis seu dependentiis domus dicti hospitalis Tholose loco vocato vulgariter apud clausum vetus hospitalis ultra Hercium, prout se tenet et confrontatur cum honore Bernardus Candererii ex parte una, et cum exitu comuni seu senderio dicti maleoli ex parte altera, et cum honore Arnaldi Roqueti ex parte altera, et cum honore Petri[(a)] ex parte altera — ex quo quidem medio arpento maleoli predictis Michalis Fabri consueverat dare et reddere temporibus retroactis quartam partem totius vindemie suis propriis expensis in domo predicta Tholose delate et etiam aliorum fructuum a predicto maleolo exeuntium dicto domino priori sive regentibus domum predictam — dictus vero Michael Fabri, constitutus Tholose in domo dicti hospitalis coram religioso viro domino fratre Benedicto de Calciata sancte domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolhimitani preceptore domus dicti hospitalis Castri Novi procuratoreque religiosi ac potentis viri domini fratris Petri de Ungula honorabilis prioris prioratus Tholose, supplicavit eidem domino procuratori ut, vigore procurationis et potestatis quas habebat a predicto domino priore Tholose agendi infrascripta, sibi reduceret ad certas oblias annuatim domui predicte sive eandem domum regentibus in certo die et termino per ipsum feudotarium, seu per ejus ordinium, solvendas et per moderato precio conversuro seu devoluturo in exoneratione, satisfactione et solutione debitorum dicti prioratus Tholose, maxime cum predictus dominus procurator predixisset velle affranquire dictum maleolum et quedam alia seu partionem quartaneriam vindemie et aliorum fructuum in obliis permutare, et se hoc velle facere pro exsolvendo et exatenuando aliquas graves moles et opressiones debitorum dicti prioratus Tholose et pro elidendo et compessendo graviora dampna que ob deffectu pecunie diversis creditoribus prioratus Tholose debite valerent ad presens suboriti et dicto prioratu inferri.

Tandem predictus dominus procurator videns supplicationem predicti Michaelis Fabri fore justam et consonam rationi, juxta contenta in ejus procuratione et mandato, considerando et evidendo utilitatem et comodum dicte domus ac totius predictus prioratus Tholose, sponte sua et gratuita voluntate, pro se ipso et nomine procuratorio predicto prout de hujus modi mandato et procuratione et potestate sibi atributis faciendi infrascripta, fecit fidem in presencia mei notarii et testium infrascriptorum per quoddam publicum procurationis instrumentum cujus tenor inferius est insertus, reduxit per in perpetuum dictum medium aripentum maleoli cum introitibus et exitibus, clausuris et aliis deneriis suis, et cum omnibus arboribus fructifferis et infructifferis que modo sunt in predicto medio aripento maleoli aut in futurum erunt, et cum omni melioramento quod ibi esse poterit in posterum, et cum omnibus juribus et pertinentiis suis in certis obliis infrascriptis, predicto Michaeli Fabri, ibidem presenti, et dictam permutationem et conversionem de quartaneria portione vindemie et fructuum in annuali

solutione obliarum in se suscipienti stipulanti et recipienti pro se et ejus ordinio. Et hoc ad habendum, tenendum, excolendum, ad culturamque bladi si ibi expediens videatur reducendum, explectandum, vendendum, inpignorandum et quicquid deinceps dicto feudotario et ejus ordinio perpetuo placuerit faciendum pactis promissionibus et conventionibus infrascriptis penitus obtentis et inviolabiliter observatis.

Hoc vero affranquimentum sive permutationem et conversionem de quartanali partione vindemie et fructuum in annuali solutione obliarum fecit dictus dominus procurator et se fecisse dixit pro justo et rationabili precio bene valente totum illud quod dicta quartanalis partio vindemie et fructuum magis valere poterat obliarum infrasscriptarum videlicet pro precio viginti sol. tol. bonorum et bene percurribilium.

Quam pecunie quantitatem in bona pecunia numerata predictus dominus procurator recognovit et concessit habuisse integraliter et recepisse, de qua quantitate pecunie se satisfactum et contentum tenuit, habuit et vocavit. Et predictam pecunie quantitatem recognovit et concessit convertisse ac devoluisse in honorem, comodum et utilitatem domus predicte dicti hospitalis Tholose ac totius predicti prioratus, specialiter ad exatenuandum et exsolvendum diversas moles et opressiones debitorum in quibus idem dominus prior et procuratores ejusdem prioratus non sine dampnis gravaminibus et expensis penes socios societatis [lom]bardorum de Florencia et quosdam alios creditores dicti prioratus erant in curia Romana seu alibi efficaciter et legitime secundum canonicas et legitimas sancxiones obligati, prout ibi dictum fuit exceptioni predicte pecunie non numerate et eidem procuratori non tradite non habite et non recepte et spei future numerationis et traditionis et in utilitatem predictam non convertisse nec devoluisse et omni alii juris auxilio atque facti dictus dominus procurator omnino renunciavit.

Et si forte tunc plus valebat quartanalis partio vindemie et fructuum dicto feudotario per dictum dominum procuratorem remissa et in obliis infrascriptis reducta et permutata quantitatis pecunie suprascripte et obliarum infrascriptarum vel inde in futurum plus valitura erat totum illud plus et totam magis valenciam quicquid esset vel esse posset in futurum dedit dictus dominus procurator nomine procuratorio antedicto eidem feudotario et ejus ordinio donatione pura simplici inter vivos facta perpetuo et yrrevocabiliter valitura.

Quam donationem dictus dominus procurator dixit nulla causa ingratitudinis revocare, renuncians super hiis omnibus et singulis legibus et juribus dicentibus donationem factam causa ingratitudinis posse revocari et donationem summam quingentorum aureorum exedentem factam sine insinuatione judicis non valere, et juri dicenti quod donatio potest anullari dum modus vel causa defficiens fuerit in eadem, et omni alii juris auxilio atque facti.

De quo quidem affranquimento et quartaneria partione vindemie et fructuum in obliis infrascriptis permutatione et conversione, et de omnibus et singulis in hoc presenti publico instrumento contentis, dominus procurator sub expressa ypotheca et obligatione omnium bonorum dicti domini prioris et prioratus predicti Tholose presencium et futurorum, et sub omni renunciatione juris et facti ad hoc necessaria pariter et cauthela promisit et convenit, dictus dominus procuratus nomine procuratorio antedicto, a dicto feudotario ibidem presenti, stipulanti et recipienti pro se et ejus ordinio inde perpetuo esse guirens, et facere et portare bonam et firmam guirenciam et evictionem ex omnibus amparatoribus, petitoribus, contradictoribus, inquietatoribus, seu molestatoribus ex parte dominationis tantum.

Predictum affranquimentum sive permutationem de quartaneria partione vindemie et fructuum in obliis infrascriptis, conversionem fecit dictus dominus procurator quo supra nomine dicto feudotario ibidem presenti ut premititur stipulanti et recipienti pro se et ejus ordinio, salvis et retentis a domui predicte Tholose et dicto domino priori sive regentibus eandem domum tribus sol. tol. cum flore bonis et bene percurribilibus annuatim in festo beati Vincentii martiris in domo predicta dicti Hospitalis Tholose delatis per dictum feudotarium seu per ejus ordinium et solvendis per obliis et nomine obliarum, et magis aut minus pro rata secundum quantitatem maleoli quod infra confrontationes predictas invenietur et secundum

quantitatem pecunie obliali predicte. Fuitque etiam dictum et in pacto deductum inter dictum dominum procuratorem et dictum feudotarium quod si dictus feudotarius seu ejus ordinium defficiebat in solutione dictarum obliarum quod in festo beati Vicentii vel ante non soluisset annuatim dictos tres sol. tol. prout superius clare exprimitur, quod in crastinum dicti festi beati Vicentii, dictus Michael Fabri teneatur solvere pro obliis predictis tres solidos cum sex denarios tolosanos pro quolibet anno quo defficiet in solutione obliarum predictarum, et quod dictus dominus prior seu ejus procuratores aut regentes domum predictam Tholose possint ipsum compellere a dicto festo beati Vicentii in antea ad predictos tres solidos et sex denarios tolosanos solvendos prout ipsis videbitur expedire et eorum evenerit voluntati.

Et salvis et retentis tribus denariis tolosanis cum flore bonis et bene percurribilibus de retrocapite quando de jure evenerit videlicet morte domini prioris Tholose qui nunc est vel pro tempore fuerit et feudotarii qui dictum maleolum tenebit.

Et salvis et retentis nomine quo supra venditionibus et inpignorationibus de quolibet sol. venditionis unum denarium, et de quolibet sol. inpignorationis unum obolum.

Et retento etiam nomine quo supra quod in predicto maleolo nec in aliqua ejus parte super feudum alicui persone minime valeat assignari seu concedi, et cum istis obliis retrocapitibus, venditionibus, inpignorationibus et aliis juribus et dominationibus de jure evenientibus salvis et retentis domino priori predicto Tholose sive domum predictam regentibus, dictus dominus procurator promisit et convenit pro se ipso et pro dicto domino priore Tholose cujus est procurator et pro regentibus eandem domum laudare et concedere dictum maleolum ubi et cuicumque feudotarius seu ejus ordinium in toto vel in parte vendere vel inpignorare voluerit, exceptis militibus et eorum filiis et clericis et domibus et personis alterius religionis et dominis fortinis et judeis et leprosis et aliis locis privilegiatis seu a jure prohibitis, a quibus dictus dominus prior Tholose aut eandem domum regentes possent inde perdere suos pax aut sua jura vel aliquid suarum dominationum.

Quas quidem oblias et alias dominationes de jure evenientes dictus feudotarius facere, solvere et servire promisit et convenit bona fide et sub obligatione feudi predicti et esse domui predicte Tholose bonus feudotarius et fidelis.

Et nichilominus dictus dominus procurator promisit et convenit se esse procuratorem et curaturum cum effectu quod prefatus dominus prior Tholose seu ejus locum tenens ratifficet, emologuet, approbet, laudet et confirmet omnia supra et infrascripta in primo provinciali seu annuali capitulo per ipsum dominum priorem seu ejus locum tenentem celebraturo ad majorem predictorum certitudinem et roboris firmitatem perpetuo obtinendam.

Tenor vero instrumenti procurationis et potestatis eidem domino fratri Benedicto de Calciata per dictum dominum priorem atributionem de quo superius est facta mentio sequitur in hunc modum :

« Noverint universi presentes litteras seu presens publicum instrumentum inspecturi, quod nos frater Petrus de Ungula sancte domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolhitani prior humilis prioratus Tholose, atendentes et sencientes prioratum nostrum et membra ejusdem nos etiam et preceptores dicti prioratus fore penes societates et mercatores quamplures graviter obligatos et magnis aliis gravaminibus et debitis obtos, a quibus honeribus et debitis absque affeudamentis aliquibus faciendis in dicto nostro prioratu de terris, domibus et possessionibus aliis verius utilibus nequaquam relevari seu liberari possumus, idcirco ad ipsius nostri prioratus reformationem, reparationem et relevationem, occulos nostre mentis salubriter intuentes, ad majus nostrum et dicti prioratus et preceptorum dampnum evitandum ac pro meliori de non millorum fratrum nostrorum nobis assistencium, consilio voluntate pariter et assensu meliori ac saniori modo quo potuimus, fecimus, creavimus, constituimus, ac etiam tenore presencium ordinavimus nostros et dicti nostri prioratus veros, certos, indubitatos et yrrevocabiles procuratores, sindicos, yconomos, actores, factores negociorum, gestores et speciales nuncios religiosos in Chisto nobis carissimos : fratres Johannem de Affariis Podii Arrameti thesaurarium

prioratus nostri Tholose, Arnaldum de Serris Andrivalis domorum nostrarum preceptores presentes et mandatum hujus in se suscipientes ac fratrem Benedictum de Calciata preceptorem domus nostre Castri Novi, absentem tanquam presentem, et quemlibet eorum in solidum ita quod non sit melior conditio occupantis set quod unus ipsorum inceperit alteris prosequi valeat et finire, dantes et concedentes auctoritate nostra predictis nostris procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam facultatem, potestatem ac speciale mandatum affeudandi et affeusandi ac per modum affeudamenti et affeusamenti in emphiteosim perpetuo concedendi et tradendi sub annuis, sensibus et rationibus aliis sicut et prout eorumdem procuratorum nostrorum et cujuslibet eorum discretioni et ordinationi visum fuerit expedire quibuscumque personis ecclesiasticis vel scolaribus cujus vis, status et conditionis existant, terras, domos, vineas, nemora, bartas et possessiones hic subsquenter designatas :

Primo domum nostram templi quondam Tholose, nunc hospitalis. Item vineas aliquas cartanerias dicte domus et etiam domus antique. Item terras existentes in Campobono. Item quamdam bartam grangie de Larmonte et ad ipsam grangiam pertinentem in decimario ecclesie de Levinhaco. Item quoddam hospicium quod domus de Scombarenchis habet in villa Petragorensis. Item quondam bartam existentem in bajulia de Argentesio. Item quoddam nemus domus Sancte Christine pro indiviso inter ipsam domum et dominum Rogerium Armaniaci. Item quoddam territorum in villa Sancti Jorii quod tenent Raffaudi in quo territorio domus Frontonii habet triginta quinque sol. Item aliquas terras et possessiones minus utiles existentes in bajulia nostra Fronthonii.

Et de ipsis terris possessionibus, dotibus, hospiciis, territoriis, vineis, bartis, nemoribus et territoriis predictis, illas personas quibus affeudabitis et sic hujusmodi affeudamenta facietis investiendi nostro nomine et in corporalem pacifficam et perpetuam possessio inducendi, et ponendi litteras et instrumenta publica roborata et minuta omnibus cauthelis illi vel illis quibus affeudabitis de hujusmodi affeudamentis concedendi et tradendi, et promittendi eisdem personis nostro nomine dicta affeudamenta garentisare, deffendere et salvare sub ypotheca et obligatione nostrorum et prioratus nostri bonorum, et generaliter et specialiter omnia alia et singula faciendi, ordinandi et exequendi in predictis affeudament[is] et quolibet ipsorum que nos faceremus et ordinaremus si presentes essemus, et quod dicte persone sic affeudare volentes in dictis affeudamentis faciendis et complendis requirent et petent sibi fieri et concedi ad ma[j]orem firmitatem et sequritatem ipsorum et dictorum affeudamentorum et que talium comissionum merita defiderant et requirant, promitentes bona fide sub nostre religionis voto et sub ypotheca et obligatione omnium nostrorum et prioratus nostri bonorum ratum, gratum, firmum et stabile perpetuo per nos et nostros successores habere, tenere et inviolabiliter observare et nullo tempore contrafacere vel venire, set potius confirmare in proximo nostro capitulo Fronthonii Beati Johannis Baptiste aut per locum nostrum tenere facere confirmari quiquid per dictos nostros procuratos vel eorum alterum in dictis affeudamentis faciendis et complendis actum, dictum, ordinatum, affeudatum, conventum fuerit vel aliter gestum, et predictos nostros procuratores revocare nullo tempore, et volentes predictos nostros procuratores relevare ab omni honere satis dandi, promittimus eisdem et infrascripto notario tanquam publico persone stipulanti et recipienti pro omnibus quorum inter est vel inter erit de judicio sisti et judicatum solvi cum suis clausulis oportunis, sub ypotheca et obligatione predictis, volentesque et mandentes ut hoc presens publicum instrumentum ad cauthelam dictarum personarum sit affeudare volentium semel et pluries reffici, emendari, corrigi et restribi possit per infrascriptum notarium ad dictamen cujuslibet sapientis donec plenam in omnibus obtineat firmitatem facti tamen substancia non mutata, in cujus rei testimonium et certitudinem pleniorem presentes litteras seu hoc presens instrumentum scribi et publicari per notarium nostrum infrascriptum mandavimus et sigilli nostri quo ad reginem nostri prioratus excercendum utimur fecimus apensione muniri.

Acta sunt in Avinione in domo nostra Templi quondam nunc hospitalis, die sexta mensis januarii, indictione XIa, anno Domini M°CCC°XX° septimo, pontifficatus sanctissimi prioris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape XXII[di] anno undecimo. Presentibus Sanchio de Yspania magistro Petro de Orto diocesis Lumbariencis notarius, et Dimitrio de Nigro Ponte testibus ad premissa, et ego Petrus Guillelmi de Spinalo clericus Tullencis diocesis apostolica auctoritate et imperiali notarius publicus predictis omnibus et singulis dum sic agerentur presens una cum pronominatis testibus interfui, et ea omnia de mandato et requisitione prefati domini prioris Tholose manu propria fideliter scripsi et in hanc redegi formam publicam, meoque consueto signo signavi vocatus et rogatus ».

Quibus sic peractis, dictus dominus frater Benedictus de Calciata procurator et dictus feudotarius requisiverunt me notarius infrascriptum ut de predictis omnibus et singulis conficerem duo publica unius tenore instrumenta, unum versus dictum dominum priorem seu regentibus domum predictam et aliud versus feudotarium sepedictum ad expensas vero feudotarii antedicti.

Actum fuit hoc in domo dicti hospitalis Tholose, die XX secunda introitus mensis marcii, regnante domino Karolo Francorum et Navarre rege, Johanne archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CCC°XX° sexto.

Hujus rei sunt testes Bernardus Bajuli perticator qui dixit se morari apud barrium de Peire d'Eusa, Vitalis Ovelherii, qui dixit se morari apud carreriam de Villa Nova, et magister Petrus de Orto publicus Podii Arrameti et dicti domini Francorum regis notarius qui hoc instrumentum recepit et in suo libro scripsit. Vice cujus et mandato, ego Johannes de Montebrossoro clericus substitutus et juratus a dicto magistro Petro de Orto hoc presens instrumentum de dicto suo libro abstraxi fideliter et grossavi. Et ego Petrus de Orto notarius predictus facta prius collatione de hoc presenti instrumento cum ejusdem materia una cum dicto meo subtituto hic me subscripsi et signo meo quo utor in publicis instrumentis signavi.

(a) Les actes n°351, 352, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 362 et 363 sont des actes de même nature, tous datés de 1327. Etant donné la longueur et la rigoureuse répétitivé de ces documents, ils n'ont pas été transcrits dans cette présente édition.

354

3 mars 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Pierre du Bitterois, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. L'ancienne redevance du quart est vendue pour 20 sous qui serviront en premier lieu au remboursement des dettes contractées auprès de la société des lombards de Florence et des autres créanciers de l'Hôpital. Pierre du Bitterois devra désormais trois sous toulousains avec fleur d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 342.

[*Texte non transcrit*][(a)]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire.

355

6 mars 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Bernard Jean, marchand drapier de la porterie, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Bernard Jean devra désormais trois sous toulousains avec fleur d'oublie et trois deniers avec fleur de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 340.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire.

356

8 mars 1327

Arnaud de Serres, commandeur d'Andrivaux, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Jean d'Aragon des redevances quartenières qu'il devait pour un mailleul situé dans l'essart de […], et les convertit en oublies à payer annuellement. Jean d'Aragon devra désormais cinq sous toulousains d'oublie et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 384.

[*Texte non transcrit*][a]

(a) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

357

12 mars 1327

Jean de Laffas, précepteur de l'Hôpital de Poucharramet, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Guillaume la Serre, tanneur de la rue Saint-Rome, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Guillaume la Serre devra désormais trois sous toulousains d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 345.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

358

12 mars 1327

Jean de Laffas, précepteur de l'Hôpital de Poucharramet, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Etienne Delpech, habitant de la rue des Clos, des redevances quartenières qu'il devait pour un mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Etienne Delpech devra désormais trois sous toulousains d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 347.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

359

16 mars 1327

Arnaud de Serre, précepteur de l'Hôpital d'Andrivaux, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Philippe du Gers et Raymond, son frère, tous deux habitants de la rue Pargaminières à Toulouse, des redevances quartenières qu'ils devaient pour les cinq mezalhades, l'arpent et le quart d'arpent de mailleul situés dans le Vieux Clos des Hospitaliers (au-delà de l'Hers et près de la rivière del Toron) et les convertit en oublies à payer annuellement. L'ancienne redevance du quart est vendue pour 50 livres qui serviront en premier lieu au remboursement des dettes contractées auprès de la société des lombards de Florence et des autres créanciers de l'Hôpital. Phillipe du Gers et Raymond son frère devront désormais huit sous toulousains et six deniers avec fleur d'oublies et sept deniers et une obole de réacapte le cas échéant. En cas de retard de paiement, les Hospitaliers se réservent le droit de retenir 8 sous et sept deniers toulousains, en plus des oublies, par année de retard.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 344.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

360

7 mai 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Arnaud Catalan, des redevances quartenières qu'il devait pour trois mezalhades de mailleul situées dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Arnaud Catalan devra désormais quatre sous et six deniers toulousains d'oublie et quatre deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 351.

[*Texte non transcrit*][a]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

361

15 juin 1327

Jean de Agromons, bourgeois de Toulouse, a vendu à maître Jean Rabaut, jurisconsulte, une borie dans l'honneur de Montauriol, fief de Guillaume Arnaud Dupont, bachelier en droit, de son frère Bernard Arnaud Dupont et de l'Hôpital. Le fief de l'Hôpital est composé de deux lots : l'un de 11 arpents de terre et de pré et situé dans le lieudit de Belle Barbe et proche de la rivière de Beauville, et l'autre de 15 arpents et trois pogésées de terre et de vigne, est situé dans le même lieudit. La totalité de la borie a été vendue à Jean Rabaut pour la somme de 458 livres, six sous et huit deniers tournois, 130 livres tournois de cette somme ont été estimés comme relevant du fief des Hospitaliers. C'est pourquoi Jean de Laffas, précepteur de la domus *de Poucharramet, après avoir reçu ses pax pour ladite part de ses droits, a donné en fief et en emphitéose cette même part à Jean Rabaut. Celui-ci devra livrer annuellement à la* domus *des frères : pour le premier lot, 13 deniers d'oublie par arpent et 4 deniers de réacapte par arpent le cas échéant ; pour le second, 30 sous et 7 deniers, c'est-à-dire deux sous par arpent, excepté pour la dernière pogésée pour laquelle il devra servir un denier d'oublie, et quatre deniers de réacapte par arpent le cas échéant.*

A. Original, parchemin ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 350.

Noverint universi presentes pariter et futuris quod cum Johannes de Agromonte burgensis Tholose vendidisset magistro Johanni Rabaut jurisperito totam illam bovariam quam habebat, tenebat et possidebat in honore de Podio Auriola ad feodum seu in emphiteosim a Guillelmo Arnaldi de Pontis, bacallaris in legibus, et Bernardo Arnaldi de Ponte fratribus et preceptori seu domo Sancti Johannis Jherusalem. In qua quidem bovaria et pertinentiis suis sunt undecim aripenta inter terram et pratum que tenentur fevaliter seu in emphiteosim a preceptore fratrum domo Sancti Johannis Jherusalem et sunt loco vocato apud Belam Barbam, inter honorem Bartholomei Beguini de duabus partibus et honorem domine Alegaye uxoris condam Arnaldi Benechi et honorem ejusdem Johannis Rabaut rivo de Bovillo in medio. Item sunt ex alia parte quindecim aripenti et tres pogesati tam in terra quam vineis que [tene]ntur fevaliter seu in emphiteosim a dicto preceptore que esse dicuntur apud Bellum Locum inter honorem Bartholomei Beguini et honorem ejusdem Johannis et honorem Arnaldi de Salvola et nepoti sui. Que quidem bovaria cum dictis feodis interclusis fuit vendita per dictum Johanem de Agro Monte dicto Johanni Rabaut universaliter in et sub precio quadringentarum quinquaginta octo librum et sex sol. et octo d. turonenses parvorum ad totum, prout hec omnia in quodam instrumento venditionis inde scripto manu mei notari infrascripti plenius dicitur contineri, et predicta feoda superius adjacentiata que tenentur fevaliter a dicto domino preceptore fuerit legitimum extimata precio centum XXX librum turonenses parvorum guiritarum.

Quare dominus frater Johannes dels Affars preceptor domus de Podio Arrameto pro se et suis successoribus audita et intellecta benedictione predicta et omnibus et singulis contentis in eadem pro suis pax quas inde recognovit se habuisse et recepisse laudavit ratificavit et per bonam et firmam habuit et tenuit venditionem predictam, quantum ad dicta sua feoda, et laudando, ratificando et approbando dedit et concessit ad feodum seu in emphiteosim, et de omnibus amparatoribus seu petitoribus guirire promisit ex parte dominationis dicto magistro Johanni Rabaut ibidem tunc presenti et stipulanti omnes et singules honores et possessiones superius confrontatas cum introitibus et exitibus prout tenentur fevaliter ab eodem.

Tali vero pacto laudavit et dedit eidem Johanni predictos honores ut in unoquoque anno in festo Omnium Sanctorum reddat inde dicto preceptori vel suis successoribus, pro dicti undecim arripentis terre cum pratis que sunt loco vocato apud Belam Barbam, XIII d. tol. oblias per quolibet aripento, et IIII d. tol. retroacapite pro quolibet aripento quando evenerit, et IIII^{or} d. tol. justiciam pro quolibet aripento si juste feodotarius fuerit inculpatus et hoc tam pro morte dicti domini preceptoris quam pro morte dicti feodotarii ; item et pro quindecim aripentis et tribus pogesatis tam in terra quam vineis que sunt loco vocato apud Bellum Locum XXX sol. et septem d. tol. videlicet pro quolibet aripento duos sol. tol., excepto ultimo pogesato pro quo serviat unum d. tol. oblias, et pro quolibet aripento IIII^{or} d. tol. retroacapite quando evenerint et IIII^{or} d. tol. pro justiciam pro quolibet aripento tam per mortem dicti preceptoris quam per mortem dicti feodotarii justiciam si juste feodotarius fuerit inculpatus. Et dictus feodotarius nec ejus ordinium non debet predicta feoda nec aliter ipsorum dare ad superfeodum nec vendere vel inpignorare militi, clerico vel domui religionis nec aliter a se alienare propter quod dictus dominus preceptor vel ejus successor possit inde perdere suos pax vel aliquid suarum dominatonum. Sed si alii vel aliis illud vel illa vendere vel inpignorare voluerit faciat hoc consilio domini preceptori predicti qui inde habeat de unocumque solid. venditione unum d. et de unoquoque solido pignoris unum obolum. Et dictus magister Johannes Rabaudi recipient in se feoda sub pactis et conditionibus supradictis mandavit et promisit facere et servire predictas oblias anno quolibet in festo Omnium Sanctorum prout superius sunt expresse et predictas dominationes uti evenerint in futurum.

Actum fuit hoc Tholose, die lune ante festum Beati Ciricii, regnante Karolo Francorum rege et Navarrie, et Johanne archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CCC°XX°VII°.

Hujus rei sunt testes Guillelmus Beleti massellarius et frater Raymundi Bucalis frater hospitalis Sancti Johanne et Johannes de Sancto Leonico publicus Tholose notarius qui cartam istam duplicatam scripsit.

362

15 septembre 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Pierre Guillaume Fabre, des redevances quartenières qu'il devait pour le demi-arpent de mailleul situé dans le Vieux Clos des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Pierre Guillaume Fabre devra désormais trois sous toulousains d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 353.

[*Texte non transcrit*][(a)]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

363

17 septembre 1327

Benoît de Calciata, précepteur de l'Hôpital de Castelnau, procurateur de Pierre de l'Ongle, grand prieur de l'Hôpital de Toulouse, affranchit son feudataire Raymond Bigot des redevances quartenières qu'il devait pour deux arpents de mailleul situés dans le Vieux Clos

des Hospitaliers, et les convertit en oublies à payer annuellement. Raymond Bigot devra désormais trois sous toulousains d'oublie et trois deniers de réacapte le cas échéant.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 352.

[*Texte non transcrit*][(a)]

(*a*) Voir l'acte n°353 qui a été transcrit et dont le texte est en tout point similaire

364

23 janvier 1328

Guillauma Carde, femme de feu Bernard Ysar brassier, vend à Pierre de l'Ongle, prieur de la maison hospitalière de Toulouse, un demi-arpent de mailleul situé au lieudit de la Médiane pour la somme de 50 sous.

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 354, paragraphe A.

Noverint universi quod domina Guillelma Garda, uxor Bernardi Ysarni bracerii quondam, sponte sua pro se et heredibus et successoribus suis, vendidit et vendendo absolvit et quitavit cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro, discreto viro domino Petro de Ungulis priori domus hospitalis Sancti Johanis Jerosolomitani Tholose absenti et mei notario infrascripto stipulanti et dictam venditionem recipienti pro dicto absente et successoribus suis, totum illum medium aripentum malholis cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, et cum omnibus juribus suis, que esse dixerunt in loco vocato apud Majanam, inter honorem heredum Guiraudi Ruba quondam ex parte una, et honorem Raimundi Maurelli ex parte altera, et honorem Bernardi Fabri bracerii, et honorem Bequinorum mercatorum, pro omni sua voluntate et successorum suorum perpetuo facienda, precio et nomine precii quinquaginta sol. tol.

Quod totum precium predictum dicta venditrix a dicto emptore recognovit et concessit habuisse et recepisse in bona pecunia numerata, de quo toto precio predicto, dicta venditrix se habuit et se tenuit pro bene pacata et contenta, exceptioni dicti precii ex causa predicta non habiti nec recepti et ei non traditi nec numerati et spei future traditionis et numerationis confidentie, doli, mali conditioni, sine causa et in factum actioni et omni alii juri et facti auxilio omnino renuncians. Et si dicta res superius vendita vel aliqua ejus pars valet plus nunc dicto precio vel valebit in futurum, totum illud plus et magis valenciam quicquid et quantumcumque sit aut esse potent in futurum, dicta venditrix sponte sua dedit, cessit et donando transtulit donatione et cessione pura et symplici et yrevocabili inter vivos facta cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro emptori predicto absenti et mei notario infrascripto stipulanti et recipienti pro dicto absente et successoribus suis, pro omni sua voluntate facienda, sine aliquo retentu que ibi dicta venditrix non fecit nec retinuit ullo modo, ymo promissit et convenit venditrix predicta emptori predicto absenti et mei notario infrascripto stipulanti et recipienti pro dicto absente et successoribus suis, facere et portare bonam et firmam guirenciam et juris evictione de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis in judicio et extra judiciam, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentum et futurorum et sub omni renunciatione et cauthela, constituens se dicta venditrix dictam rem venditam superius et adjacenciatam se precario inceps emptoris predicti nomine possidere donec ipse emptor et successores sui de dicta superius vendita et adjacenciata possessionem vel quasi acceperit corporalem quam accippiendi et penes se retinendi licenciam om[ni] modam, dicto emptori et

successoribus suis dedit et concessit, quandocumque dicto emptori et successoribus suis videbitur expedire, et reddidit feodum dicta venditrix domino priori predicto una cum proprietate a quo dictus honor venditus fevaliter tenebatur pro omni sua voluntate domini feodi predicti et successorum suorum facienda. Et ibidem dicta venditrix juravit super quatuor Sancta Dei evangelia corporaliter manu sua dextra tacta predictam omnia et syngula atendere, complere et in contrarium non venire ullo modo.

Hoc fuit factum Tholose, nona die exitus mensis januarii, regnante Karolo rege Francorum, nondum proviso de archiepiscopo Tholosano quod sciatur, anno ab incarnatione Domini M°CCC°XX° septimo.

Hujus rei sunt testes, Petrus Garda, et Poncius de Seri[s] mercator, et Bernardus de Prinhaco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

365

23 janvier 1328

Bernard de Gironde, trésorier de la maison hospitalière de Toulouse en lieu et place du seigneur Pierre d'Ongle prieur de la même maison, donne à nouveau fief et en emphitéose à Bernard Garde, tisserand, un demi-arpent de mailleul situé au lieudit de la Médiane. Il devra livrer tous les ans à la domus *des frères hospitaliers deux sous et deux deniers d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 354, paragraphe B.

Noverint universi quod dominus frater Bernardus de Gironda thesaurarius domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani Tholose et locum tenens discreti viri domini Petri de Ungulas prioris dicte domus, sponte sua pro se et ut locum tenens domini prioris predicti de auctoritate licentia et voluntate discretorum virorum dominorum fratrum dicte domus, videlicet fratris Johannis de la Gachia, fratris Bernardi de Ventejono, fratris Petri Raimundi de Fendelhano, fratris Raimundi Durandi et fratris Arnaudi de Fonte, dedit et concessit ad novum feodum seu in emphiteosim Bernardo Garda textori ibidem presenti stipulanti et dictum infeodationem recipienti pro se et ejus ordinio, totum illum medium aripentum malholis, et plus si ibi est, cum loco in quo est, et cum introitu et exitu, quod esse dixerunt in loco vocato apud Mejhanam, inter honorem heredum Guirauda Craba quondam ex parte una, et honorem Raimundi Maurelli ex parte altera, et honorem Bernardi Fabri bracerii ex parte alia, et honorem Bequinorum mercatorum ; et eidem Bernardo Garda feodotario predicto ibidem presenti stipulanti et recipienti pro se et ejus ordinio nomine quo supra promisit et convenit facere et portare bonam et firmam guirenciam de [omni]bus amparatoribus.

Tali vero pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum, dictus feodotarius, et ejus ordinio, reddat et [red]dere teneatur domino priori predicto, et fratribus dicte domus, duos sol. et duos d. tol. ratione obliarum. Et quatuor d. tol. retroacapite quando evenerit, per mortem domini prioris dicte domus et per mortem feodotarii. Et quatuor d. tol. justicie si juste dictus feodotarius vel ejus ordinio fuerit inculpatus. Et quod dictus feodotarius, nec ejus ordinio, neque ac dictum feodum dare ad superfeodum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, clerico, nec domui religionis, nec aliter ullo modo a se alienare cur dominus feodi predictus possit inde perdere suis pax, nec aliquid suarum dominationum. Set si dictum feodum vendere aut inpignorare voluerit fiat consilio domini prioris predicti, et fratrum dicte domus, qui habeat inde de quoque sol. vende I d. et de quoque sol. pignoris I obolum. Et ibidem dictus feodotariu[s] promisit et convenit domino locum tenenti predicte nomine quo supra ibidem

presenti, solvere dictas oblias quoque ann[o] in dicto festo Omnium Sanctorum, et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum.

Hoc fuit factum Tholose nona die exi[tus] mensis januarii, regnante Karolo rege Francorum, nondum proviso de archiepiscopo Tholosano quod sciatur, anno ab incarnatione Domini M°CCC°XX° septimo.

Hujus rei sunt testes, Petrus Garda, et Poncius de Seris mercator, et Bernardus de Prinhaco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit.

366

15 août 1328

Benoît de Caussade, précepteur de Castelnau dans le diocèse de Bazas et procurateur de Pierre de l'Ongle, prieur de la maison hospitalière de Toulouse, a affranchi le demi-arpent de vigne situé dans l'honneur de Balma, au lieudit du Vieux Clos, tenu par Raimond Etienne et ses frères, habitants de Balma. Ces derniers rachètent le quart de la vigne à nouveau fief pour 25 sous et s'engagent à livrer, tous les ans, à la domus *des frères hospitaliers, trois sous d'oublies et trois deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 355.

Noverint universi, quod cum Raimundus Stephani, Petrus Stephani, et Arnaldus Stephani fratres de Balmario tenerent ad feodum medium aripentum vinee quam esse dixerunt in honore de Balmario in loco vocato apud clausum velh, inter honorem Petri Bitore mercatoris ex parte una, et duos eysses ex duabus partibus, et honorem […][(a)] ex parte alia. Et Raimundus Stephani predictus supplicavit et requisivit pro se et aliis fratribus suis predictis, discretum virum dominum fratrem Benedictum de Cauciata preceptorem domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani de Castro Novo Bazatensi dyocesis procuratorem nobilis et discreti viri domini Petri de Ungula priore domus hospitalis Sancti Johannis Jerosolomitani predicti Tholose ut ibi fuit dictum, ut dictam vineam, eisdem fratribus predictis afranquiret, et quartum dicte vinee ad certas oblias reddiret. Quiquidem dominus frater Benedictus predictus, ad requisitionem et supplicationem, Raimundi Stephani predicti, ut procurator et procuratorio nomine domini prioris predicti, vendidit, afranquivit et dedit ad novum feodum et vendendo et donando ad novum feodum quartum dicte vinee cum loco in quo est et cum introitu et exitu prout melius et plenius inter adjacentias includitur antedictas, Raimundo Stephani ibidem presenti, et Petro Stephani, et Arnaldo Stephani absentibus fratribus predictis et mei notario infrascripto stippulanti et recipienti pro dictus absentibus et eorum ordinio pro omni eorum voluntate et eorum ordinium inde perpetuo facienda. Quod quidem afranquimentum et venditionem et infeodationem predictas, fecit et concessit dominus frater Benedictus de Cauciata procurator predictus nomine quo supra, precio et nomine precii viginti quinque sol. tol., quod totum precium predictum, dominus frater Benedictus procurator predictus nomine quo supra, a dictis fratribus recognovit et concessit habuisse et recepisse in bona pecunia numerata, de quo toto precio predicto, dominus frater Benedictus nomine quo supra se habuit et se tenuit pro bene pacato et contento, renuncians inde dominus frater Benedictus de Cauciata nomine qua supra exeptioni dicti precii ex causa predicta non habiti, nec recepti et ei non traditi et spei future traditionis confidentie, doli, mali conditioni, sine causa et in factum actioni et omni alii juris et facti auxilio, promitens et conveniens dominus frater Benedictus de Cauciata predictus nomine quo supra, Raimundo Stephani ibidem presenti, et Petro Stephani, et Arnaldo Stephani absentibus fratribus predictis et mei notario infrascripto stipulanti et recipienti pro

dictis absentibus, et eorum ordinio, facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus in judicio et extra judicium de dicto quarto.

Tali vero pacto dominus frater Benedictus de Cauciata predictus nomine quo supra afranquivit dictam vineam et vendidit et dedit ad novum feodum quartum dicte vinee, ut quoque anno in festo Beati Vincentii, dicti fratres et eorum ordinium solvant et solvere teneantur domino priori predicto et fratribus dicte domus Tholose et successoribus suis tres sol. tol. ratione obliarum, et nisi solverint dictos tres sol. tol. in dicto festo Beati Vincentii vel ante, quod in crastinum solvant et solvere teneantur domino priori predicto et successoribus suis tres sol. et sex d. tol. ex pacto pro dictis obliis. Et tres d. tol. retroacapite quando evenerit, per mortem domini prioris domus Tholose predicte, et per mortem fratrum feodotariorum predictorum. Et quod dicti feodotarii, nec eorum ordinium, nequeant dictum feodum dare ad superfeodum, nec dare, vendere, nec inpignorare militi, nec suo filio, clerico, domui religionis, nec hospitalis, nec aliter ullo modo a se alienare cur dominus feodi predictus possit inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum, set si dictum feodum vendere aut inpignorare voluerint fia[n]t consilio domini prioris predicti et successorum suorum, qui habeat inde de quoque sol. vende I d. et de quoque sol. pignoris I obolum.

Et ibidem Raimundus Stephani predictus recepit predictum afranquimentum et dictam infeodationem pro se et fratribus suis predictis et eorum ordinio cum pactis et conditionibus supradictis, et domino fratri Benedicto de Cauciata predicto ibidem presenti stipulanti et recipienti nomine quo supra promisit et convenit solvere quoque anno dictas oblias et omnes alias dominationes uti evenerint in futurum.

Hoc fuit factum Tholose, medium mense augusti, regnante Philippo rege Francorum, Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini M°CCC°XX° octavo.

Hujus rei sunt testes magister Petrus de Lombers jurisperitus et frater Bernardus Thome dicti ordinis, et Bernardus de Prinhaco publicus Tholose notarius qui cartam istam scripsit dupplicatam.

(*a*) espace laissé blanc dans le texte.

367

15 juin 1329

Bernard de Ventajou procurateur de Ponce de l'Ongle, prieur de l'Hôpital de Toulouse, approuve la vente faite par Bernard Auzelle, tisserand et fils de feu Raymond Auzelle de Beauville, à Arnaud Garnier, lui-même tisserand, d'une pièce de terre situé dans le territoire, la juridiction et la dépendance de Beauville, au lieudit de l'Orme de Ramervilla, pour la somme de 40 livres tournois. Après avoir perçu ses pax, le procurateur récupère le fief et l'inféode à Arnaud Garnier. Celui-ci devra, pour les deux arpents de cette pièce de terre, livrer annuellement, à la domus *des frères hospitaliers à Toulouse, deux sous et huit deniers d'oublie et huit deniers de réacapte le cas échéant. Il devra également, pour le reste de la pièce de terre, le quart de ses récoltes, en gerbe ou en grain, et trois sous de réacapte le cas échant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 356.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod frater Bernardus de Ventachono ordinis fratrum Sancti Johannis Jherusalem procura[tor] procuratione nomine ut ipse asservit in talibus fratris Arnaldi de Serris et fratris Johannis Delapas ejusdem ordinis preceptorum ut dicitur dom[us] Sancti Johannis Jherusalem Tholose pro se ipso et procuratorio nomine dictorum preceptorum et pro domino Poncio de Ungula priore ut dicitur dicte domus fratrum Sancti

Johannis Jherusalem Tholose et omnibus aliis fratribus, habitatoribus presentibus et futuris dicte domus h[abuit et ...] tenuit per bonam et firmam ex parte dominationis totam illam venditionem quam Bernardus Auzelli textor filius quondam [...] dicitur Raymundi Auzelli de Bovilla fecerat et concesserat precio et nomine precii quadraginta libras turonentium par[vorum ...] totum Arnaldo Garnerii textori de tota illa pecia terre, cum introytu et exitu suo, quam etiam dixerunt in territorio, juridictionem et pertinentiis de Bovilla in loco vocato apud Ulmum de Ramervilla inter honorem Bartholomey Beguini mercatorum ex tribus partibus et inter honore Arnaldi Logasc ex altera. Cujus venditionis ego Johannis de Abbatia notarius infrascriptus ad fa[ciendum] inde cartam receperam mandamentum et pro suis pax quos inde modo et nomine quibus supra recognovit et con[...] se habuisse et recepisse predictam venditionem laudavit et laudando dedit et concessit modo et nomine quibus supra ad fe[odum] eidem Arnaldo Garnerii et ejus heredibus totam predictam terram cum introytu et exitu suo prout inter adjacentias in[...]tur supradictas.

Tali pacto laudavit et laudando dedit et concessit modo et nomine quibus supra eidem Arnaldo Ganerii et ejus ordinio hoc feudum, quod quoque anno in festo Omnium Sanctorum dictus feudatarius et ejus ordinium reddat et persolvat et reddere et persolvere teneatur dicto domino priori dicte domus et dictis fratribus ejusdem domus et eorum successores, et in dicti domo tholose pro duobus aripentis dicte terre supra proximum adjacentiate et expressate duos sol. tol. nomine obliarum et octo d. tol. de retroacapite quando evenerit videlicet per mortem dicti domini prioris dicte domus Tholose et per mortem dicti feudatarii et si clamorem habuerunt dicti domini de eo pro hoc feudo fidem inde habeant et octo d. tol. justiciam si juste feudotarius fuerit inculpatus.

Et tali pacto etiam quod pro toto residuo dicte pecie terre dictus feudatarius et ejus ordinium reddat et serviat et reddere et servire teneatur eisdem dominis fratribus et eorum successoribus quartum totius bladi quod inde exibit in garba vel in grano ad electionem dictorum dominorum bene et fideliter et bona fide et sine aliqua fraude et tres sol. tol. de retroacapite quando evenerit. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini et duodecim denarios tol. justiciam si juste feudatarius fuerit inculpatus, et quod dictus feudatarius nec ejus ordinium non possint hunc predictum honorem dare ad superfeudum ullo modo nec dare, vendere, nec inpignorare militi, clerico, burgensis, nec domo religionis, nec aliter a se alienare cur dicti domini possint inde perdere eorum pax, nec aliquid suarum dominationum. Sed si predictum honorem vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc cui possit exceptis personis et locis et faciat hoc consilio tamen dictorum dominorum qui habeant inde de quoque sol. vende unum d. et de quoque sol. pignore unum obolum.

Promittens solepniter dictus dominus frater Bernardus de Bentajono modo et nomine quibus supr[a] prefato Arnaldo Garnerii feudatario pro se ejusque ordinio stipulanti facere et portare bonam et firmam guirenciam de toto pro adjacentiato honore de omnibus amparatoribus ex parte dominationis, postquam ibidem dictus Arnaldus Garnerii feudatarius pro se ipso ejusque heredibus suscepit dictum feudum sub pactis conventionibus obliis et dominationibus supradictis et promisit et convenit facere et servire prefatis dominis et eorum successoribus quoque anno in dicto festo Omnium Sanctorum predictas oblias et predictum quartum totius bladi quoque anno et alias pertinentes dominationes prout evenerunt in futurum pro feudo supradicto.

Hoc fuit factum quintodecimo die introytus mensis junii, regnante domino Philippo rege Francie, et Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo vicesimo nono.

Hujus rey sunt testes Guillelmus Vitalis magister et Jacobus Gausberti mercator, Raymundus Fuxi textor et magister Johannes de Abbatia notarius Tholose publicus qui cartam istam recepit vice cujus et mandato ego Arnaldus prepositi publicus Tholose notarius ejusque subtitutus et juratus in manibus dominorum de Capitulo Tholose hanc cartam scripsi et de ejus

prothocollo seu materia perfecte notata substantia in aliquo non mutata fideliter abstraxi. Et quo idem Johannes de Abbacia publicus Tholose notarius antedictus me subscripsi presens in publicum instrumentum facta prius collatione cum originali et materia cum dicto meo substituto signo meo consueto signavi.

368

9 janvier 1331

Guillaume Ponce, habitant de la Porterie, a vendu à Bernard de Ventajou trésorier et lieutenant du prieur de l'Hôpital de Saint-Jean de Toulouse, un demi-arpent de mailleul situé dans le lieudit de Belle Barbe, pour la somme de 30 sous. Bernard de Ventajou *la donne ensuite à nouveau fief à Bartholomé Rotel, hospitalier de l'Hôpital des Pénitents de Toulouse, à condition qu'il livre annuellement aux frères de l'Hôpital de Saint-Jean de Toulouse deux sous d'oublies et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 357.

Noverint universi quod Guillelmus Poncii qui dixit se morati apud Portellum, nullis dolo, fraude, ymaginatione aliqua ut asservit nec subgestione alicujus persone set ejus spontanea voluntate per se et suos heredes et ordinium et successores vendidit, remissit, absolvit perpetuo penitus et quitavit titulo perfecte pure et irrevocabilis venditionis concessit cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro religiosso viro fratri Bernardo de Ventajone thesaurario et locum tenens domini prioris et fratrum domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose, presenti ementi et recipienti pro se et domino preceptore et fratribus dicte domus, totum illud medium aripentum malleolem, et plus vel minus si ibi est cum terra in qua est et cum introitu et exitu, quod esse dixit in loco vocato ad Pulcram Barbam, inter honorem Petri Vasconis ex una parte et honorem Arnaldi Benedicti ex altera et tenet de honore Raymundi de Fonte usque ad exitum comune.

Hanc autem venditionem dixit et asservit se fecisse, dictus venditor, dicto emptori in precio et nomine precii triginta sol. tol., quod precium dictus venditor recognovit et asservit se a dicto emptore se habuisse et recepisse, de quo precio se [...] se tenuit pro bene pacato et contento, quod medium aripentum malleolis superius venditum et adjacen[tiatum…] se precario nomine dicti emptoris et pro ipso habere et tenere et possidere donec ipse inde per se vel per alterium ejus nomine possetionem acceperit corporalem, quam accipiendi procurandi et penes se retinendi, deinceps dictus venditor dicto emptore et ejus successoribus licentiam omnimodam contulit atque dedit quando ei placuerit jussu vel licensia judicis vel cujuslibet alterius persone minime requisita et obtenta. Si dictum medium aripentum malleolum superius venditum et adjacenciatum ad presens plus valet vel valebit etiam in futurum ultra dictum precium totum illud plus et magis valenciam quantumcumque sit vel esse poterit, venditor predictus dedit dicto emptori recipienti pro se et successoribus suis inde penitus et perpetuo facienda quamvis ultra dimidiam justi precii exederet. Et de omni hac venditione dictus venditor debet et firma stipulatione promisit dicto emptori ibidem presenti inde esse guirens et facere et portare in judicio et extra judicium bonam et firmam guirenciam de omni petitione, questione, controversia et demanda que inde eidem emptore vel ejus successoribus fieret tam per oblationem libelli quam alter quamvis modo pro dicto medio aripento malleolo per quamcumque personam exepta parte dominationis feudi ; promisit dictam litem, questionem, causam, petitiones, controversiam et libellum et omniam causam in se et super se suscipere et ducere usque ad finem ex propriis missionibus et expensis esse guirens de omnibus amparatoribus in judicio, extra judicium et jure evictione, exepta parte dominationis feudi sub

omni reffectione dampnorum expenssarum litis, extra ac interesse et bonorum suorum obligatione, sub omni renunciatione et cautela exceptioni dicti precii non habiti, numerati vel recepti et eidem non traditi, et spei future numerationis et fraudis et doli, mali conditioni, sine causa et in factum actioni et juris dicentis donationem factam ex causa ingratitudis posse revocare et legi seu jure per quod deceptus in venditionibus ultra dimidiam justi precii subvenitur, et epistole divi Adrianii et nove costitutioni de duobus reis vel de pluribus et curie presente utroque et omni alii jure et facti auxilio renunciavit et absol[vit ...] reddidit feudum venditor predictus inde domino pro omni voluntate inde facienda, et ad Sancta [...] evangelia manu sua dextra corporaliter tacta sponte juravit predicta omnia universa et singula atendere et complere et non contrafacere vel venire aliquo ingenio vel temporibus in futurum.

Postquam ibidem et continenti, predictus dominus thesaurarius pro se et etiam procurator et locum tenens dominorum prioris et preceptorum domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose de consilio et voluntate religiosorum virorum dominorum fratrum Bernardi de Girona, et Raimundi Durandi, et Arnaldi Despratis presbiterorum et Arnaldi de Fonte dicte domus presentibus, quibus omnibus et singulis infrascriptis se concencierunt et sic fieri voluerunt, vissa et considerata utilitate domus predicte, dedit et concessit de novo ad feudum seu in emphiteosim Bartholomeo Rotelli hospitalerio hospitale penitentie Tholose presenti et recipienti pro se suisque heredibus ac ordinio totum illud medium aripentum malleolis, et plus vel minus si ibi est cum terre in qua est et cum introitu et exitu, prout inter adjacenciatas includitur supradictas.

Sub pacto quod annuatim in festo Omnium Sanctorum reddat domino priore et fratribus dicte domus duos sol. tol. obliarum. Et retrocapite octo denarios tol. videlicet post mortem domini prioris et post mortem feudatarii. Et de clamore hujus feudi fidem inde habeant domini octo denarios tol. justiciam si feodatarius juste fuerit inculpatus. Et predictus feudatarius vel ordinium non debet predictum honorem dare ad superfeudum nec vendere, nec inpignorare militi, clerico, nec domui religionis nec aliter a se alienare cur domini possit inde perdere suos pax, nec aliquid suarum dominationum, set si dictum feudum vendere vel inpignorare voluerit, faciat hoc concilio dominorum et reddat de quoque sol. venditionis unum denarium et de quoque sol. pignoris, uno oblium.

Insuper prefatus dominus thesaurarius mandavit et promisit dicto feudatario Bartholomeo Rocelli, ibidem presenti, stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus et ordinio inde esse guirens et facere et portare, in judicio et extra judicium, bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus et jure evictione sub omni reffectione dampnorum expenssarum litis extra ac interesse et bonorum dicte domus obligatione quodquidem infeudationem dictus dominus thesaurarius dixit et asservit se fecisse dicto Bartholomeo Rocelli pro triginta sol. tol. quos ab ipso ratione intragii dicti feudi habuisse et recepisse recognovit de quibus se habuit et tenuit pro bene pacato et contento, renuncians inde dictus dominus thesaurarius exeptioni dicte summe pecunie non habite nec recepte et eidem non tradite et fraudis et doli et omni alii juri et facti auxilio.

Factum fuit hoc Tholose, nona die introitus mensis januarii, regnante domino Phylippo Francorum rege, et Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo CCC° XXX°.

Hujus rei sunt testes Petrus de Albenca lanacerius, Vesianus Girma rasonerius, et Johannes Barbati publici Tholose notarius qui cartam istam alphabeto divisam scripsit.

369

1er avril 1332

Arnaud Garnier, tisserand de la rue des cloches à Toulouse, a vendu à Pierre Raimond de Santignac, précepteur de l'Hôpital du Sault-de-Navailles au diocèse de Lescar, une pièce de terre situé dans la dépendance de la Devèze, au lieudit de l'Orme du castrum *des Ramiers, pour la somme de 25 livres tournois. La pièce de terre est composée de deux arpents de terres à oublie et de terres quartenières, pour lesquelles sont dû deux sous d'oublie et le quart des récoltes à rendre annuellement à l'Hôpital de Toulouse.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 358, paragraphe A.

Noverint universi quod Arnaldus Garnerii textor carrerie clocarum Tholose sponte sua pro se et suis heredibus ac successoribus et ordinio remisit, absolvit [et co]nstulit vendi[tione] pu[re,] [perfec]te et irrevocabilis venditionis vendendo concessit religioso viro domino fratri Petro Raimundo de Santinhaco preceptori domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem de Saltu, Lescairensis diocesis, dictam totam illam peciam terre quam esse dixerunt in pertinensiis de Devesia in loco vocato ad Ulmum castri Ramerii, inter honorem Bartholomei Bequini ex duabus partibus et carreriam publicam et exitum comunem cum introytu et exitu et aliis juribus et actionibus ibidem pertinentibus, et pertinere debentibus. In qua quidem pecia terre esse dixerunt duo aripenta oblialia sub anno censu duorum solidorum tol. solvendorum nomine obliarum domui Sancto Johannis Jherusalem. Et de residuo dicte pecie terre quartam partem omnium fructum excressentium in dicta pecia terre dicte domui Sancti Johannis Jherusalem Tholose. Et hoc ad habendum, tenendum, explectandum, possidendum, distrahendum, vendendum, inpignorandum et quicquid eidem emptoris et ejus heredibus deinceps placuerit perpetuo inde se [...]dum in precii et nomine precii viginti quinque librarum turonensium parvorum guiritorum, quod precium dictus venditor ab eodem emptore in bona peccunia numerata habuisse et recepisse recognovit de quo precio et dicta peccunia se habuit et tenuit pro bene paccato et contento.

Et si forte dicta res superius vendita et adjancentiata modo plus valet aut est in posterum valitura plus precio supradicto, venditor predictus totum illud plus et magis valenciam quodcumque sit illud plus et quantumcumque sit illa magis valencia, dictus venditor dedit, cessit et donando concessit eidem emptore ibidem presenti stipulanti et recipienti, donando et cessione pura et simplici et irrevocabili habita inter vivos pro omni voluntate ejusdem emptoris et heredum suorum perpetuo inde facienda, disvestiens se predictus venditor de predicto honore superius vendito et possessionem ejusdem eundem emptorem ex eodem honore et possessione cum hoc presenti publico intrumento nunc et in perpetuum valituro in quantum ponit de jure et de facto investivit. Renuncians inde dictus venditor certificatus de jure suo et de facto per me, notarium infrascriptum, juri dicenti quod deceptus in venditionibus ultra dimidiam justi precii subvenitur et juri dicenti donationem factam ex causa ingratitudinis revocari posse si modus vel causa defficiat in eadem, exeptioni dicti precii et dicte peccunie ex causa predicta non habite, nec recepte et non numerate et spei future traditionis et numerationis confidentie, et doli mali condictioni indebiti sine causa et in factum actioni et fraudis et omni alii juris et facti auxilio per quod idem venditor contra predicta venire posset aut in aliquo se deffendere vel tueri. Constituens se dictus venditor precario nomine dicti emptoris et pro eodem possidere dictam rem superius venditam et [...]tenciatam quousque idem emptor corporalem inde acceperit possessionem quam accipiendi, intrandi et penes se retinendi, dictus vendito eidem emptori contulit atque dedit plenam et liberam potestatem [...] venditoris nec alicujus judicis minime requisito. Et si forte in dicto honore superius vendito aliquo tempore lis, questio seu controversia per libelli oblationem vel aliter quocumque modo eidem emptori in judicio et extra moveretur, illam litem, questionem et controversiam dictus venditor in se et super se suscipere promisit et ducere usque ad finem suis propriis sumptibus et expensis sine omni missione dicti

emptori. Et si forte dictus emptor aliqua dampna seu expensis inde fecerit seu sustinuerit ex causas predictas, dictus venditor illa dampna seu expensis emendare promisit et simplicem requisitionem dicti emptoris de qua quidem re superius vendita et adjacentiata venditor predictus per se et suos heredes ac successores firma et valida stipulatione et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum. Promisit et convenit dicto emptori ibidem presenti, stipulanti et recipienti, pro se et ejus ordinio, esse guirens inde eidem emptori et facere et portare bonam et firmam evictionem et guirenciam de omni jure evictione et de omnibus amparatoribus excepta parte dominationis feudi et solvit et reddidit feudum domino feudi a quo vel a quibus dictum feudum fevaliter teneri dicitur ideo ut illud eidem emptori laudaret et in feudum concederet prout moris et promisit sub simili obligatione se curaturum et facturum cum effectu quod domina Johanna uxor sua dictam venditionem et omnia alia in instrumento dicti venditionis contenta approbabit et ratifficabit quando requisita fuerit per dictum emptorem sub omni reffectione dampnorum, expensis, litis, extra ac interesse et renunciatione juris et facti ad hoc necessaria pariter qualibet et cauthela, et ad sancta Dei quatuor evangelia manu sua dextra corporaliter tacta sponte juravit predicta omnia universa et singula attendere et complere et non contra facere vel venire aliquo ingenio per se nec per aliquam personam interpositam ullis temporibus in futuro.

Factum fuit hoc Tholose, prima die introytus mensis aprilis, domino Johanno regnante Francorum rege et Guillelmo archiepiscopo Tholosano anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo triscesimo secundo.

Hujus rei sunt testes domini fratres Arnaldus Defonte [...] Guillelmus Dalfini clericus, et Johannus Barbati publicus Tholose notarius qui cartam istam recepit vice cujus et mandato ego Petrus Guy publicus Tholose notarius juratus et substitutus predicti notarius hanc cartam de sua materia et prothocollo abstraxi fideliter et grossavi veritatis substancia in aliquo non mutata.

Et Johannes Barbati publicus Tholose notarius facta diligenter collationie prius cum dicto meo libro originali et substituto hic me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

370

2 avril 1332

Jeanne, femme d'Arnaud Garnier, tisserand de la rue des cloches à Toulouse, approuve la vente faite par son mari à Pierre Raimond de Santignac, frère de l'ordre des Hospitaliers de Sault-de-Navailles au diocèse de Lescar, d'une pièce de terre situé dans la dépendance de la Devèze, au lieudit de l'Orme du castrum *des Ramiers, pour la somme de 25 livres. Elle renonce, ce faisant, à tout droit qu'elle pourrait avoir sur cette terre en vertue de sa dote et autre droit.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 358, paragraphe B.

Noverint universi quod domina Johanna uxor Arnaldi Garnerii textoris carrerie clocarum Tholose de consensu et voluntate dicti viri sui ibidem presentis et sic fieri volentis et adsensum et anuationem prestantis, ratificavit et approbavit illam venditionem quam dictus Arnaldus Garnerii ejus vir fecerat et concesserat domino fratri Petro Raimundo de Santinhaco ordinis Sancti Johannis Jherusalem de tota illa pecia terre cum introytu et exitu et aliis juribus et actionibus ibidem pertinentibus et pertinere debentibus, quam esse dixerunt in pertinensiis de Devesia in loco vocato ad Ulmum castri Ramerii, inter honorem Bartholomei Bequini ex duabus partibus et carreriam publicam ex altera et exitum comunem. Et hoc in precio et nomine precii viginti quinque librarum turonensium parvorum guiritorum, prout in instrumento dicte venditionis inde recepto per me, notarium infrascriptum, plenius continetur. Et si aliquam jus,

actionem seu rationem dicta domina Johanna habebat seu habere debebat et poterat habere in dicta pecia terre ratione dotis sue et donationis propter nubtias et assignamenti aut bonorum parafernalium aut necessariorum suorum vel aliter quovis modo habere posset et in futuro ex causis predictis, totum illud jus, actionem seu rationem quod et quam sit vel esse possit, totum remisit, absolvit perpetuo penitus et quitavit dicto domino fratri Petro Raimundo de Santinhaco, ibidem presenti, pro se et ejus ordinio stipulanti et recipienti pro omni voluntate ipsius fratris Petri Raimundi et heredum suorum perpetuo inde facienda absque aliquo rententu quem ibi non fecit nec retinuit ullo modo pro predictis vel aliquo predictorum.

Ymmo mandavit et promisit dicta domina Johanna de auctoritate qua supra, firma ac valida stipulatione et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum eidem fratri Petro Raimundo ibidem presenti esse guirens inde eidem fratri Petro Raimundo de Santinhaco et facere et portare bonam et firmam evictionem et guirenciam de omnibus amparatoribus et petitoribus ex ipsius domine Johanne et heredum suorum partibus aliquathenus ullis temporibus in futuro sub omni reffectione dampnorum et expensis litis extra ac interesse et renunciatione juris et facti ad hoc necesseria pariter qualibet et cauthela. Pactumque faciens, nichilonibus dicta domina Johanna et remissionem, reffutationem, de aliquid pretextu premissorum ulterius non petendo nec agendo, hanc autem approbationem et ratifficationem et quitationem, dicta domina Johanna dixit et asservit se fecisse et concessisse eo et pro eo quia dictum precium seu peccunia fuerit devoluta in valitatem et comodum dicte domine Johanne, et quod plura alia bona exibant penes dictum virum suum que sufficiebant ad recuperandam predictam dotem suam et donationem propter nubtias de quibus se habuit et tenuit pro bene paccata et contenta. Et dicta domina Johanna certificata de jure suo et de facto per me, notarium infrascriptum, juris sue, ypotheca dotis sue et donationis propter nubtias et assignamenti et beneficio sive auxilio senatus consulti Velleyani, legi Julie de fundo dotali et autentice « si qua mulier » et omni alii jure et facti auxilio dicta domina Johanna omnino renunciavit et ad sancta Dei quatuor evangelia manu sua dextra corporaliter tacta sponte juravit predicta omnia universa et singula attendere et complere et non contra facere vel venire aliquo ingenio ullo temporibus in futurum.

Factum fuit hoc Tholose, secunda die introytus mensis aprilis, domino Phylippo regnante Francorum regis, et Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo CCC° XXX° secundo.

Hujus rei sunt testes domini fratres Arnaldus de Fonte, Pontius Valeti ordinis Sancti Johannis Jherusalem et Johannis Barbati publicus Tholose notarius qui cartam istam recepit vicenius et mandato ego Petru Gay publicus Tholose notarius juratus et substitutus predicti notarii hanc cartam de sua materia et prothocollo abstraxi fideliter et grossani veritatis substantia in aliquo non mutata.

Et ego Johannes Barbati publicus Tholose notarius facta diligenter collatione prius omni dicto meo libro originali et substituto hic me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

371

4 avril 1332

Bernard Martin, fripier de la rue des Carmes à Toulouse, déclare avoir été bien payé des 25 livres que lui devait Arnaud Garnier. Pierre Raimond de Santignac, précepteur de l'Hôpital du Sault-de-Navailles au diocèse de Lescar, s'est occupé de ce paiement car il devait lui-même 25 livres à Arnaud Garnier pour l'achat d'une pièce de terre.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 358, paragraphe C.

Noverint universi quod Bernardus Martini pelherius carrerie Carmeli Tholose, in mei notarii et testium infra scriptorum presentia, recognovit se habuisse et recepisse a religioso viro domino fratre Petro Raimundo de Santinhaco, preceptore domus hospitalis Sancti Johannis Jherusalem de Saltu, Lescairensis dyocesis, et eidem Bernardo Martini integre in bona peccunia numerata satisfactum et numeratum fuisset loco, vice et nomine Arnaldi Garnerii ibidem presentis et satisfactionem et solutionem fieri volentis et mandantis per dictum dominum preceptorem eidem Bernardo Martini de illis viginti quinque libros turonensis parvorum quas idem dominus preceptor solvere debebat eidem Arnaldo Garnerii pro emptione ejusdem pecie terre per ipsum Arnaldum Garnerii eidem domino preceptore vendite recognitione de predicta summa pecunie contenta in instrumento ipsius venditionis per me, notarium infrascriptum, recepto non obstante, et hoc in deductione et satisfactione ejusdem summa peccunie ad quam idem Arnaldus Garnerii eidem Bernardo Martini tenebatur, prout ibi dictum fuit, de qua summa peccunie dictus Bernardus Martini ex causa predicta ab eodem domino preceptore, se habuit et tenuit pro bene paccato et contento. Et absolvit inde, una cum dicto Arnaldo Garnerii presente et quo ad hec contenta in hoc presenti instrumento absolvente et quitante et ita fieri volente et de premisso se pro bene contento dicente et asserente, ejusdem dominum preceptorem et ejus successores et ordinium, et hoc quod ad summam pecunie antedicte et magis valencia dicte pecie terre absque aliqua conditione protestatione aut rectentione juris vel facti, generalis aut specialis, quam ibi non fecerunt nec retinuerunt aliquo modo in predictis vel aliquo predictorum, ymmo mandaverint expresse et promiserint dicti Bernardus Martini et Arnaldus Garnerii et quilibet ipsorum principaliter et in solidi firma stipulatione et sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum eidem domino preceptori ibidem presenti pro se et ejus successores et ordinio esse guirentes et facere et portare bonam et firmam guirenciam et evictionem de omni petitione, questione seu demanda et controversia que pro predicta summa pecunie ac etiam pro predicta pecia terre et magis valencie in solidi vel in parte eidem domino preceptori aut ejus successoribus fieri posset aliquathenus ex quibuscumque personis vel aliter quovis modo ullo temporibus in future sub omni reffectione dampnorum, expensarum litis extra et interesse, et renunciatione juris et facti ad hoc necesseria pariter qualibet et cauthela, pactum expressum se, nichilominus, prenominati Bernardus Martini et Arnaldus Garnerii facientes et remissiones reffutationem de aliquid pretexta premissorum ulterius non petendo nec agendo exceptioni dicte peccunie ex causa predicta non habite nec recepte et non numerate, et doli mali conditionem indebiti sive causa et in factum actioni et epistole divi Adriani et beneficio novarum constitutionum de duobus reis debendi vel de pluribus et autentice presente de fidejussoribus utraque et omnibus privilegiis et gratiis quibuscumque concesseret concedendi et omni alii juris et facti auxilio dictus Bernardus Martinii et Arnaldus Garnerii predictus omnino renunciantes.

Factum fuit hoc Tholose, quarta die introytus mensis aprilis, domino Johanno regnante Francorum rege, et Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo CCC° XXX° secundo.

Hujus rei sunt testes dominus Petrus de Lumberiis licentiatus in legibus, domini fratres Bernardus de Valle Mala presbiter, Guillelmus de Salhs et Johannes Barbati publicus Tholose notarius qui cartam istam recepit vice cujus et mandato ego Petrus Gay publicus Tholose notarius juratus et substitutus predicto notario hanc cartam de sua materia et prothocollo abstraxi fideliter et grossavi veritatis substantia in aliquo non mutata.

Et ego Johannes Barbati publicus Tholose notarius facta diligenter collatione prius cum dicto meo libro originali et substituto hic me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

372

14 septembre 1338

Bernard de Ventajou, frère et trésorier de l'Hôpital de Toulouse, a loué la vente faite par le seigneur Pierre Ravaud, docteur en droit et procurateur, et maître Jean Ravaud, bachelier en droit, à Bernard et Guillaume de Salvola*, frères et paysans habitant Pechauriolle, de deux lots de terre. Le premier lot est composé de 11 arpents de pré et est situé dans la dépendance de Pechauriolle, au lieudit de Belle Barbe, près de la rivière de Beauville. Le second est composé de 15 arpents et de trois pogésées de vignes, situés dans la dépendance du même lieu, au lieudit de Belloc. Le montant de la vente s'élève à 36 livres tournois. Bernard de Ventajone se déclare ensuite bien payé de ses* pax *et donne les deux lots en fief aux acheteurs. Ils devront, pour le premier lot, 13 deniers par arpent d'oublie et 4 deniers par arpent de réacapte le cas échéant. Pour le second lot, deux sous d'oublie par arpent (pour chacun des 15 arpents) et la même chose pour les pogésées, excepté une pour laquelle ils devront un denier. Enfin, pour ce second lot, ils devront 4 deniers de réacapte par arpent le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 359.

[Nov]erint universi hoc presens publicum instr[um]entum inspecturi quod religiosus vir dominus Bernardus de Ventajone frater et thesaurarius domus sancti Johannis Jherusalem [...] Tholose audita et intellecta tota illa venditione facta per dominum Petrum Ravaudi, legum doctorem ut procuratorem, et nomine procuratorio magistri Jo[hannis Ra]vaudi bacallarii in legibus Bernardo et Guillermo de Salvola fratribus laboratoribus habitatoribus de Podio Auriolla de omnibus illis undecim aripentis, [tam] in terra quam in pratis, scitis in pertinentiis dicti loci de Podio Auriolla in loco vocato apud Bellam Barbam, inter honorem Bertholomey Bequini burgensis Tholose ex duabus partibus et honorem domine Algaye uxoris Arnaldi Benethi ex parte altera et honorem ejusdem magistri Johannis Ravaut venditoris ex parte alia et rivum vocatum de Bovilha in medio.

Item idem dominus Bernardus de Ventajone thesaurarius memoratus audita et intellecta tota illa venditione facta per dominum Petrum Ravaudi ut procuratorem et nomine procuratorio dicti magistri Johannis Ravaudi de illis quindecim aripentis et tribus pogezatis, tam in terra quam in vineis, scituatis in dictis pertinentiis de Podio Auriolla, in loco vocato ad Bellum Locum, inter honorem Bertholomei Bequini ex parte una et ejusdem magistri Johannis Ravaudi venditoris ex parte altera et Arnaldi de Salvola ex alia parte. Et hoc in precio et nomine precii triginta sex librarum turonensium parvorum guiritorum prout in quodam publico instrumento dicte venditionis recepto per magistrum Poncium Bermelli notarium Tholose publicum hec et alia melius et plenius et latius dicuntur contineri.

Tandem dictus dominus Bernardus de Ventajone thesaurariis et [procura]tor predictus habitis suis pax a dictis Guillermo et Bernardo de Salvola fratribus emptoribus quos in bona pecunia numerata habuisse et recepisse recognovit, de quibus se habuit et tenuit pro bene paccato et contento, dictos undecim aripentos, tam in terra quam in pratis, et dictos quindecim aripentos et tres pogezatos, tam in terra quam in vineis, superius confrontatos dictis Guillermo et Bernardo, laudavit, approbavit et laudando dictos undecim aripentos tam in terra quam in pratis et dictos quindecim aripentos et tres pogezatos tam in terra quam [in vineis] superius confrontatos dictis Guillermo et Bernardo de Salvola fratribus emptoribus prefatis, ibidem presentibus stipulantibus et recipientibus, pro se [...]t eorum ordiniis ut supra et eorum successoribus dedit ad feudum et concessit et de omnibus ampratoribus petitoribus et contradictoribus in futurum [...] dominationis guirentiam et evictionem omnimodam portare promisit cum introitibus et exitibus et aliis omnibus juribus dicta[...] superius [...]satarum.

Tali vero pacto et conditione dictus dominus Bernardus de Ventajone thesaurarius et preceptor dicte domus prefatus dictas pocessiones superius confrontatas et designatas dictis Guillermo et Bernardo de Salvola emptoribus prefatis tunc presentibus stipulantibus et

recipientibus ut supra laudavit quod non possint vendere, inpignorare clerico nec persone religionis, confratrie, medellis, judeis, hospitalibus, domui religionis, militi nec alicui alteri persone cur dictus dominus thesaurarius et preceptor seu ejus successores posset inde perdere suos pax nec aliquid suarum dominationum set cuicumque alteri persone facere voluerit faciant cum concilio tamen dicti domini preceptoris et thesaurarii seu ejus successorum qui habeant inde eorum vendas videlicet de quoque solido venditionis unum denarium tolosanum et de quoque solido inpignoris unum denarium turonensem.

Et nichilominus pro obliis dictorum undecim aripentorum tam terre quam pratorum que sunt in loco vocato de Belabarba, pro quolibet aripento dictorum undecim aripentorum quolibet anno in festo Omnium Sanctorum XIII^{ti} denarios tol. Et pro retrocapite quando evenerit post mortem dicti domus preceptoris et thesaurarii pro quolibet aripento IIII^{or} denarium tol. Et pro justiciis pro quolibet dictorum aripentorum IIII^{or} denarium tol. si juste tamen feudotarii fuerunt inculpati.

Item et pro obliis dictorum quindecim aripentorum et trium pogezatonum, tam terre quam vinearum, quolibet anno in festo Omnium Sanctorum pro obliis dictorum quindecim aripentorum et trium pogezatorum superius expressatorum pro quolibet aripento duos solidos tol., et pro uno pogezato dictorum trium pogezatonum I d. tol. dumtaxat et pro aliis duobus pogezatis juxta seriem et tenorem dictorum quindecim aripentorum. Et pro retrocapite pro quolibet aripento IIII^{or} d. tol. quando evenerit post mortem dicti domini thesaurarii et pro quolibet dictorum quindecim aripentorum totidem si juste feudotarii fuerit [inc]ulpati. Et ita prout supradictum est dicti Guillermus et Bernardus de Salvola fratres feudotarii prelibati promiserunt modis et formis superius contentis fa[cta] sub ypotheca et obligatione omnium bonorum eorumdem presentium et futurorum et sub omni juris et facti renunciatione qualibet pariter et cauthela.

Et dictus dominus Bernardus de Bentajone preceptor et thesaurarius predictus promisit dictis Guillelmo et Bernardo de Salvola fratribus emptoribus et feudotariis prelibatis ibidem presentibus stipulantibus et recipientibus pro se ipsis et eorum ordinis ut supra esse guirens de dictis pocessionibus superius contentis et expressatis de omnibus amparatoribus, petitoribus et contradictionibus in futurum ex parte dominationis dum taxat sub ypotheca et obligatione bonorum dicte domus cujus est thesaurarius presentium et futurorum et sub omni juris et facti renunciatione qualibet pariter et cauthela.

Actum fuit hoc Tholose, die lune in festo Beate Crucis virginis, anno Domini millesimo trescentesimo triscesimo octavio, domino Philippo Francorum rege et Guillermo Tholosano archiepiscopo.

Hujus rey sunt testes magister Johannes de Castaneto jurisperitus, Odetus de Castro et ego Ysarnis Othonis notarius Tholose publicus qui cartam istam recepi scripsi et signo meo consueto signavi.

373

5 septembre 1344

Bernard de Ventajou, frère et trésorier de l'Hôpital de Toulouse, a loué la vente faite par Raimond Olier, brassier de la Place, Vital Guillaume et Jeanne, sa femme, à Pierre Cotin, marchand de Toulouse, d'un demi-arpent de mailleul quartenier situé près de Balma, dans le clos dit de Bernard Ponce de Galliac et dans les quartiers du même Bernard. Bernard de Ventajou se déclare ensuite bien payé de ses pax *et donne en fief le mailleul à l'acheteur. Pour le quart de cette terre, que Bernard Ponce de Galliac et ses héritiers tiennent en fief des hospitaliers, ils devront donner annuellement six deniers d'oublie et le même montant de réacapte dû pour le quart le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 360.

Noverint universi quod dominus frater Bernardus de Ventajone thesaurarius domus hospitalis Sancti Johannis Tholose, audita et intellecta illa venditione quam Raymundus Olerii brasserius de Plano, Vitalis Guillelmi et Johana ejus uxor fecerant et concesserant Petro Cotini mercatore Tholose de toto illo medio aripento maleolis quartanerii scito propre Balmarium in clausu vocato Bernardi Poncii de Galliaco et in quartis ejusdem Bernardi Poncii de Galliaco seu ejus heredum inter honorem Guillelmi Othonis et honorem Bernardi de Cuquo et exitum. Prout in predicta venditione cujus quidem venditionis ego notarius infrascriptus ad faciendum inde publicum instrumentum recepi mandamentum melius et plenius continetur dictam venditionem, dictus frater Bernardus de Bentajone thesaurarius dicte domus habuit et tenuit per bonam et firmam et eam ex parte dominationis feudalis laudavit, ratifficavit et aprobavit et pro suis pax quas habuisse recognovit a dicto emptore, unde se habuit et tenuit pro bene paccato et contento, dedit et concessit ad feudum dicto Petro Cotini presenti pro se et suis heredibus stipulanti dictum maleolem superius confrontatum quantum ad proprietatem dicti maleoli, prout inter adjasentias includitur supradictas.

Tali vero pacto ut in unoquoque anno in festo Beati Thome apostoli heredes predicti Bernardi Poncii de Galliaco pro dicto maleolo et pro quarto et pro toto honore quem heredes dicti Bernardi Poncii habent ibidem et tenent a dicto hospitali reddant inde ei ipsi heredes predicti Bernardi Poncii de Galliaco sex denarios tol. obliarum. Et retroacapite qualem in quartis hujus feudi continetur. Et si clamorem habuerit dominus de eis pro hoc feudo fidem inde habeat et quatuor denarios tol. justiciam si juste feudotario fuerit inculpatus et si predictus Petrus Cotini vel ejus ordinium proprietatem dicti maleolis vel heredes dicti Bernardi Poncii de Galliaco predictum quartum vendere vel inpignorare voluerit, faciant hoc consilio dicti thesaurarii vel successorum suorum nomine dicte domus et reddant inde ei et suis succesoribus de unoquoque solido venditionis unum denarium et de unoquoque solido pignoris unum obolum.

In super predictus dominus frater Bernardus de Ventajone nomine quo supra promisit et convenit guirire proprietatem predicti malolis predicto Petro Cotini et dictus heredibus dicti Bernardi Poncii de Galliaco dictum quartum de omnibus amparatoribus ex parte dominationis.

Hoc fuit factum Tholose, quinta die mensis septembris, regnante domino Phylippo Francie rege, et domino Guillelmo archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trescentesimo quadragesimo quarto.

Hujus rey sunt testes frater Arnaldus de Fonte, frater Arnaldus de Narbona ordinis Sancti Johannis et magister Johannes de Brolio publicus Tholose notarius qui requisitus hoc instrumentum recepit et in suo originali libro registravit vice cujus et mandato dicti magistri Johannis de Brolio, ego Guillelmus Arnaldi Martini publicus Tholose notarius substitutus et juratus ab eodem magistro Johanne qui cartam istam de suo libro originali seu de materia sui libri perfecte notata per eundem fideliter abstraxi, scripsi et grossavi duplicatam vera rei substancia in aliquo non mutata.

Unde ego Johannes de Brolio publicus Tholose notarius predictus facta diligenti collatione cum libro meo originali et cum dicto substituto hic me subscripsi.

374

27 octobre 1346

Pons Raffaud, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Raymond Carpin un demi-arpent de mailleul situé à la Jonquas. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers deux sous d'oublies et quatre deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 363.

[*Texte non transcrit*]

375

18 juillet 1349

Arnaud Caputii*, frère de l'Ordre de Saint-Jean, procurateur de Marquiot de Gozon, grand prieur de Toulouse, reconnait tenir la borie de la Devèze en fief de l'archevêque de Toulouse.*

A. Original, parchemin agraffé dans une liasse de quatre parchemins, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 367 A.

[*Texte non transcrit*]

376

Juillet 1352

Marquiot de Gozon, grand prieur de Toulouse, a donné procuration aux frères Aldebert de Gozon, precepteur de Saint-Jean de Planté, et Pons Raffaud, précepteur de Cornebarrieu, pour qu'ils rendent l'hommage dû à l'archevêque de Toulouse pour la borie de la Devèze.

A. Original, parchemin agraffé dans une liasse de quatre parchemins, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 367 C.

[*Texte non transcrit*]

377

10 juillet 1352

Etienne Aldebrand, archevêque de Toulouse, reçoit l'hommage dû par les Hospitaliers pour la borie de la Devèze.

A. Original, parchemin agraffé dans une liasse de quatre parchemins, ADHG, H Malte Toulouse 119, pièce 367 D.

[*Texte non transcrit*]

378

26 octobre 1356

Pons Raffaud, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, a loué la vente faite par Pierre Benech de la porte des cloches à Bartholomé de Tirenchis*, d'un arpent de terre situé au-delà de l'Hers à la Devèze, pour la somme de 30 sous. Le trésorier de l'Hôpital donne ensuite la terre en fief à l'acheteur, à condition qu'il donne tous les ans quatre sous et six deniers d'oublies et huit deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 362.

Noverint universi quod frater Poncius Raffaudi thesorariis hospitalis Sancti Johannis Jherusalem Tholose [...] quam Petrus Benechi de Porta Montis Olmi Tholose fecerat et concesserat Bartholomeo de Tirenchis [...]mons propre plateam clocarum Tholose de uno aripento terre quod est ultra Flumen Yrcii apud [...] de Devesia inter honorem domine Arnalde Balneris et dicti hospitalis precio triginta sol. tol. ad totum [...] dicte venditionis per magistrum Bernardum de Gainaco notario Tholose receptorum dictum fuit continetur [...] prefatus thesorarius ab eodem Bartholomeo de Tirenchis feudotario habuisse et recepisse recognovit de quibus se habuit et tenuit pro bene paccato se contento. Qua propter prefatus thesaurarius dictum venditionem dicti aripenti terre laudavit et ad feudum concessit dicto feudotario.

Tali vero pacto et conditione ut dictus feudotarius vel ejus ordinium det et persolvat et dare et persolvere teneatur dicto thesorario vel fratribus dicti hospitalis annuatim in festo Omnium Sanctorum quatuor sol. six d. tol. nomine obliarum. Item pro retrocapite quando evenerit tam per mortem domini predicti quam feudotarii octo d. tol. Item pro justicia alios octo d. tol. si jure dictus feudotarius vel ejus ordinium fuerit inculpatus. De quo quidem laudamento predicti honore superius adjacentiatus, prefatus thesorarius promisit esse guirens dicto feudotario presenti et recipiendi et facere et portare bonam et firmam guirenciam de omnibus amparatoribus ex parte dominationis sub ypotheca et obligatione, omnium bonorum dicti hospitalis, presentium et futurorum, et sub omni reffectione dampnorum, expensis, litis, [...] interesse ; et dictus feudotarius non debet hunc predictum feudum dare ad super[feudum ...] vendere nec impignorare militi, nec ejus filio nec clerico nec domui religionis, nec [...] ullo alio modo a se alienare cur dictus thesaurarius possit inde perdere suos pax nec aliquid su[arum dominationum ...] sed si illud vendere vel inpignorare voluerit, vendat illud et inpignoret dictus feudotarius [...] voluerit excepte personis et locis superius exceptatis consilio ipsius thesaurarius qui laudet et habeat de quoque [sol. venditionis] unum denarium tol. et de quolibet sol. pignoris unum obolum. Et dictus feudotarius per se et suos [...] predictum feudum sub pactis et conditionibus superius dictis et debet et promisit dare et persolvere dictas oblias annuatim loco et hec omnia predictis sub ypotheca et obligatione dicti feudi.

Hoc fuit factum Tholose, die vicesima nona mensis octobris, domino Johanne Dei gratia Francorum rege regnante, et domino Stephano archiepiscopo Tholosano, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

Hujus rei sunt testes Brunus Gitardi de porta Montis Olivi Tholose, Vitalis textor de Clotis Tholose et frater Johannes Decoquo dicti Hospitalis et Johannes Debitos publicus Tholose notarius qui cartam istam duplicatam recepit, scripsit et signavit.

379

22 juillet 1358

Bartholomé de Tirenchis, brassier, et sa femme Gallarde, vivant près de la place de Montarsin à Toulouse, ont vendu à Dominique de Montsec, paysan et habitant de la Devèze,

paroisse de Saint-Martin-de-Beauville, un arpent de terre situé au clos de l'Hôpital Saint-Jean de Jérusalem de Toulouse, près des prairies de l'Hers, pour la somme d'un florin d'or.

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 364, paragraphe A.

Noverint universi presentes parter et futuri quod Bartholomeus de Tirenchis brasserius, ec Galharda ejus uxor, qui morantur propre planum Montis Arsini Tholose, dicta Galharda de voluntate auctoritate licentia, et expresso concenssu dicti viri ibidem presenti volentes et concensientes ambo in simul et quilibet ipsorum principali et in solidum non coacti nec decepti ab aliquo seu aliquibus nulla lezionis seu deceptionis macula interveniente pro se et eorum heredibus ac ordinio vendiderunt justo titulo, pure, perfecte et irrevocabilis venditionis tradiderunt derelinquerunt, liberaverunt, absolverunt et disamparaverunt penitus perpetuo et quitaverunt cum hoc presenti publico instrumento, nunc et in perpetuum valituro, videlicet Dominico de Monte Sequo laboratori et habitatori de Devesia parochie Beati Martini de Bovilla ibidem presenti, ementi pro se suisque heredibus ac ordinio, stipulanti et recipienti de totum illud aripentum terre, aut plus vel minus, quod dicti conjuges venditores dixerunt et asserverunt se habere apud clausum hospitali Sancti Johannis Jerosolimitani Tholose, inter honore ex una parte domine Arnalde uxoris Bartholomey Bequini condam et honore pratorum de Ircio ex parte altera cum omnibus suis introytibus, exitibus, juribus et pertinentiis suis.

Et hoc ab habendum, tenendum, possidendum, explectandum, vendendum, alienandum et quicquid dicto emptori et suis heredibus ac ordinio ad omnes suas voluntates inde penitus et perpetuo faciendas et [...] nomine precii unum florenum auri ad totum quod dicti conjuges venditores a dicto emptore recognoverunt se [habuisse et recepisse …] hoc in bona pecunia numerata de quibus se habuerunt et tenuerunt pro bene paccatis penitus et conten[tis… et si] terram superius venditam et ajacentiatam nunc plus valet vel in futurum plus valebit precio [...] totam illam magis valenciam quantacumque sit vel esse possit in futurum et si exederet ultra dimidiam [...] venditores dederunt eidem emptori donatione et cessione pura, simplici et irrevocabili habita [...] et valitura cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro costituentes se dictus conjuges venditores [...] et pro ipso possidere dictam terram donec et quousque dictus emptor de dicta terra pocessionem acceperit [...] accipiendi intrandi et deinceps penes se in antea retinendi licentia superius seu [...] judicis ipse requisita seu obtenta ad omnes suas voluntates dicto emptori et ejus ordinii inde penitus et perpetuo faciendas spoliantes se dicti conjuges venditores de dicta terra superius vendita et dictum emptorem et ejus ordinium investiverunt pleno jure cum hoc presenti publico instrumento nunc et in perpetuum valituro. Et nichilominus dicti conjuges venditores ambo in simul promiserunt mandaverunt et convenerunt dicto emptori et suis heredibus esse semper boni guirentes et facere et portare bonam et firmam guirentiam et evictionem in judicio et extra judicium de omnibus amparatoribus et perturbatoribus sive petitoribus excepta parte dominationis feudalis.

Et hoc sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum et sub omni reffectione dampnorum et expensis litis et extra ac etiam interesse et sub omni juris et facti renunciatione qualibet et cauthela. Et si forte lis, questio, petitio, demanda seu controverssia fieret vel morevetur toto tempore in futuro dicto emptori vel suis heredibus tam per [...] quam aliter quocumque modo totam illam litem, questionem, petitionem, demandam seu controversiam [... ven]ditores in se et super se suscipere promiserunt, mandaverunt ad firmam, simplicem et efficationem [...] et ejus ordinii eam vel eas ducere et assumere tam in causis principalibus quam in cau[sis specialibus] advocatorum, notariorum, deffendere eorum proprius sumptibus et expensis tanquam domini donec et quousque dict[o emptori] et suis heredibus reremanet paciffice et quiete et sine contradictione quacumque sub ypo[theca ...] quibus superius ; renunciantes inde dicti conjuges venditores exceptioni dicti unius floreni auri

non habiti et non recep[ti ...] future traditionis et numerationis, doli, mali, fraudis, deceptioni conditioni in debiti et sine causa et in factum actioni et [...] alii juri canonico et civili cum vel quibus contra predictam vel aliquid predictorum posset facere vel venire ullo modo in futuro et renunciaverint inde dictus conjuges venditores illi legi que dicit : « donationem factam ex causa ingratitudinis revocari posse », et illi alteri legi que dicit : « venditionibus deceptis in contractibus ultra dimidiam justi precii subvenitur », et que possuit venditionem rescindere aut justum precium rey facere sub ypotheca, obligatione et renunciatione quibus supra. Et dicta mulier certificata de jure suo per me, notarium infrascriptum, gratis renunciavit omnibus legibus et juribus dicentibus « donationem factam ex causa ingratitudinis revocari posse » et legi Julie de ffundo dotali et autentice « si qua mulier » et jure dotum ypothecarum suarum et benefficio cenatus consulti Velleyani et omni sue dotis privilegio et cuilibet exceptioni alii, atque juri et ceteris juribus canonicis et civilibus cum quibus contra predicta posset facere vel venire ullo modo in futuro.

Et nichilominus dicti conjuges venditores ambo in simul juraverun[t] super sancta Dei IIII evangelia eorum manibus dextribus gratis corporaliter tacta predicta omnia et singula universa [...] complere servare et non contra facere vel venire per se vel per aliquam interpositam personam ullo modo ullis temporibus inf[...]

Actum fuit hoc Tholose, die vicesima secunda, mensis julii, anno Domini millesimo CCC quinquagesimo octavo, regnante [...] Francie rege, et domino Stephano archiepiscopo Tholosano.

Hujus rey sunt testes Petrus de Moleriis brasserius Tholose et Arnaldus [...] habitator de Bovilla, et ego Bertrandus de Graniacus, publicus Tholose notarius qui requisitus cartam istam recepi, scripsi et signo meo consueto signavi.

380

22 juillet 1358

Guillaume de Belhonari*, régent du trésor de l'Hôpital de Toulouse, a loué la vente faite par Bartholomé de* Tirenchis *à Dominique de Montsec (*cf *acte n°379). Guillaume de* Belhonari *se déclare bien payé de ses* pax *et donne en fief la terre vendue à l'acheteur, qui devra payer quatre sous et six deniers d'oublies tous les ans et huit deniers de récapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin chirographié, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 364, paragraphe B.

Noverint universi presentes pariter et futuri quod frater Guillelmus de Belhonari regens thesaure domus Sancti Johannis Jerosolimitani Tholose dominus feudi infra scripti, audita et diligenter intellecta illa venditione quam Bartholomeus de Tirenchis brasserius et Galharda ejus uxor fecerant et concesserant Dominico de Monte Sequo, laboratori et habitatori de Devesia, de toto illo aripento terre quod est apud clausum hospitali Johannis, inter honorem ex una parte domine Arnalde uxor Bartholomey Bequini quondam et honorem pratorum de Yrcio ex parte altera, precio unum florenum auri ad totum prout in instrumento venditionis continetur recepto per me, notarium infra scriptum, ut ibi dictum fuit, dictam venditionem laudavit dicto Dominico de Monte Sequo pro suis pax quod inde a d[icto] emptore habuisse et recepisse recognovit et hoc in bona pecunia numerata de quibus se habuit [...] tenuit pro bene paccato et contento, promisit et convenit dictus frater Guillelmus dicto Dominico de Monte Serquo ibidem presenti pro se et suis facere et portare bonam et firmam guirentiam de omnibus amparator[ibus] et perturbatoribus toto tempore in futurum ex parte dominationis feudalis. Et hoc sub ypotheca et obligatione omnium bonorum dicte domus Sancti Johannis presentium et futurorum et sub omni juris et facti renunciatione qualibet et cauthela.

Tali tamen pacto ut quoque anno in festo Omnium Sanctorum dictus feudotarius et ejus ordinium det et solvat, dare et solvere teneatur dicto domino seu ejus successoribus IIII^{or} sol. et sex d. tol. nomine obliarum. Et retroacapite quando evenerit octo denarios tol. tam per morte dictus domini quam etiam dicti feudotari. Et de justiciis totidem si juste dictus feudotarius fuerit inculpatus et quod [...] nec ejus ordinium non possit dictam pocessione dare ad super feudum, ven[dere ...] clerico, ejus filio, domui religionis sive leprosis nec a se aliter ullo m[odo ...] ejus successores non possit inde perdere suos pax, oblias nec aliquid [...] vendere aut inpignorare voluit, faciat hoc cum consilio dicti domini [...] successores qui inde habeat de quoque solido venditionis unum d. tol et de uno quoque solido pignorationis unum obolum.

Et super hoc dictus feudotarius recepit dictum feudum sub dictis pactis et conditionibus supradictis, mandavit et promisit dicto domino seu ejus successores stipulanti et recipienti solide facere et servire oblias, retrocapite, justiciam et alias dominationes quando contigerit in dicto festo prout uti evenerint [...] et obligatione dicti feudi.

Actum fuit hoc Tholose, die XXII, men[sis julii, anno Domini] millesimo trescentesimo quinquagesimo octavo, regnante domino Johanno Francie [rege, et domin]o Stephano archie[piscopo] Tholosano.

Hujus rei sunt testes Petrus de Moleriis brasserius Tholose [et Arnaldus habitator de] Bovilla, et ego [Bertrandus de] Graniaco, publicus Tholose [notarius] qui [requisitus cartam istam recepi], scripsi et s[igno meo consueto signavi].

381

[1351 ou 1361][(a)]

Pons Raffaud, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, donne en fief à Jean Benoît, brassier, une mezalhade de vigne située à la Devèze. Il devra livrer annuellement à la domus *des frères hospitaliers 12 deniers d'oublies et deux deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 361.

[*Texte non transcrit*]

(*a*) La date est manquante, seul « primo » est lisible dans le texte. En revanche, Pons Raffaud est actif dans les années 1350 (*cf* acte n°378). De plus, les mentions du roi de France Jean II le Bon (1350 – 1364) et celle de l'archevêque Etienne Aldebrand (1350 – 1361) confirment cette hypothèse.

382

10 août 1372

Bernard de Luperia, régent du trésor de l'Hôpital de Toulouse, pour Gausand de la Bastide de Roland, prieur dudit Hôpital, a donné à nouveau fief et en emphitéose à Durand Durand, laboureur et habitant du lieu de Pechauriolle, trois arpents de terre et de pré et une borde, situés dans la dépendance et dans l'honneur de la Devèze, au-delà de l'Hers, dans le lieudit de Belle Barbe et près de la rivière del Deves*. Il devra lui donner tous les ans trois sous d'oublie et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 365.

Noverint universi presen[tes pariter] et futuri quod religiosus vir dominus frater Bernardus de Luperia Satre domus hospitalis Sancto Johannis Jerosolimitani regens thesaurariam domus hospitalis Sancti Johannis Tholose domus ejusdem hospitalis antedicti ut

ibi dictum fuit, existens et personaliter in mei notarii et testium infrascriptorum presentia costitutis, gratis et ejus spontanea voluntate nomine et vice domus predicte et de concenssu in ypso pariter et domini(b) fratris Gauseni de Bastita Rollandi prioris dicti hospitalis ejusdem domus Tholose, ut ibi dictum fuit, dedit de novo ad novum feodum seu in emphiteosim et tradidit et concessit cum hoc presenti publico instrumento de jure, nunc et in perpetuum valituro, Durando Durandi laboratori et habitatori loci de podio Auriola, ibidem tunc presenti se ipso, et recipienti pro se et here[di]bus suis, videlicet tota illa tria aripenta terre et prati et quandam bordam sua cum omnibus introitibus exitibus et aliis suis quibuscumque juribus ad dicta tria aripenta terre et prati ac bordam pertinentibus et pertinere debentibus quod totum prenominatus dominus frater Bernardus de Lupperia quo supra nomine asservit se habere in pertinentiis seu honore de Devezia ultra flumen Hercii loco vocato apud Pulcram Barbam, inter honorem dicte domus hospitalis predicti ex una parte et honorem domine Arnalde Bequinorum ex duabus partibus et honorem dicti Durandi et rivum del Deves.

Et hoc ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, fruendum, vendendum et aliter alienandum per ipsum Durandum Durandi et ejus ordinium et omnimodas suas voluntates ipsius Durandi Durandi et suorum successorum inde penitus et perpetuo de predictis tribus aripentis terre, prati et borda superius confrontatis et designatis faciendas cum pactis tamen, conventionibus et conditionibus inferius expressatis retentis et declaratis.

Tali vero tamen pacto et conditione dictus dominus frater Bernardus de Lupperia quo supra nomine dedit de novo ad novum feodum dicto Durando Durandi dicta tria aripenta terre, prati et bordam superius confrontata et adjacentiata ut dictus Durandus Durandi feodatarius et ejus ordinium ac causam habiturus ab eodem quolibet anno per in perpetuum det et solvat dareque et solvere teneatur dicto domino priori dicte domus hospitalis antedicti aut ejusdem domus thesaurario in festo Omnium Sanctorum tres solidos tol. nomine obliarum. Et retroacapita quando evenerint tam per morte domini magistri dicti hospitalis domus supradicte Sancti Johannis Jerolomitani quam per mortem dicti Durandi Durandi feodotarii et suorum successorum duodecim denarios tol. Et justicias si dictus feodatarius et ejus ordinium juste fuerint inculpatus quatuor denarios tolosanos.

Et quod dictus Durandus Durandi et ejus ordinium ac causam habiturus ab eodem teneat et tenere teneatur et ad hoc sit [astrictus] condrictam dictam bordam in statu in quo nunc [est] de presentis […] Et super hiis dictus dominus frater Bernardus de Lupperia quo supra nomine renunciavit exceptioni presentis novi feodi seu nove infeodationis de predictis tribus aripentis terre et borda modo supra et [in]frascripto dicto Durando Durandi non facte et non concesse et exceptioni doli mali, fraudis et deceptionis actioni in factum […] in debiti et sine causa, et denique omni et cuilibet alii exceptioni atque juri canonico et civili oppe quorum contra supra vel infrascripta possuit facere vel venire in judicio sive extra judicium aliqua raione sive causa aliquibus temporibus in futurum.

Et dictus Durandus Durandi nec ejus ordinium non debet dictum honorem superius confrontatum et adjacentiatum dare ad super feodum, dare, vendere vel inpignorare militi, clerico, suo filio, burgensi, domui religionis, nec leprosie, nec aliter alteri persone de jure previlegiate nec aliter a se alienare cur dictus dominus dicti feodi inde perdere possit suos pax nec aliquid suarum dominationum feodalium, sed si predictam honorem vendere vel inpignorare velit, faciat hoc cui voluerit exceptis tamen locis et personis supradictis, consilio tamen dicti domus prioris dicti hospitalis seu ejus thesaurari qui inde habeant de unoquoque solido venditionis unum denarium tolosanum et de uno quoque solido inpignoris unum obolum, et alias dominationes consuetas feodales.

Et insuper dictus dominus frater Bernardus de Lupperia nomine quo supra mandavit et promisit et etiam convenit dicto Durando Durandi feodatario ibidem tunc presenti stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis esse eidem et suis successoribus ac causam habituro ab eodem bonus guirens et face[re] et portare bonam et firmam guirentiam et evictionem legitimam et

eidem feodatario et suis successoribus ac causam habituro ab eadem de omni et singula questione, lite, petitione, controversia, demande, debato et quocumque alio inpedimento que et quod eidem feodatario aut causam habituro ab eodem fieret seu morevetur, aut fieri vel moveri contingeret in totum vel in parte in predicto honore superius confrontato, in judicio sive extra judicium, et ab omnibus et singulis amparatoribus, petitoribus, perturbatoribus et demandatoribus quibuscumque tam ex parte proprietatis quam ex parte dominationis feodalis aliquibus temporibus in futurum. Et hoc sub ypotheca et obligatione omnium bonorum et rerum dicte domus hospitalis antedicti Tholose presentium et futurorum, et sub omni refectione, dampnorum et expenssarum litis tunc et extra ac etiam interesse, et sub omni juris et facti renunciatione ad hec necessaria qualibet et cauthela. Et dictus Durandus Durandi feodatarius antedictus suscipiens in se dictum feodum sub modis, pactis, conventionibus et conditionibus antedictis, mandavit et promisit et etiam convenit dicto domino fratri Bernardo de Lupperio quo supra nomine ibidem tunc presenti, stipulanti et recipienti, et dicto domino priori licet absenti sed me, notario infrascripto tanquam publica persona solempna et stipulante et recipiente pro ipso domino priore et suis successoribus et omnibus et singulis illis quominus interest, interent aut interesse potent in futurum, dare et solvere eidem domino priori et suis successoribus aut thesaurario dicte domus hospitalis antedicti Tholose, quolibet anno in dicto festo Omnium Sanctorum dictos tres solidos tol. nomine obliarum et aliias dominationes feodales superius expressatas et declaratas prout in futurum evenerint, nec non et dictam bordam tenere condrictam in statu in qua nunc est de presenti vel meliori. Et hoc sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum et sub omni juris et facti renunciatione ad hec necesseria qualibet et cauthela.

Et super hiis renunciavit dictus Durandus Durandi exceptioni doli, mali, fraudis et deceptionis, actioni in factum, conditioni in debiti et sine causa, et denique omni et cuilibet alii exceptioni atque juri canonico et civili, oppe quorum contra supra vel infrascripta posset facere vel venire in judicio sive extra judicium aliquo tempore in futurum ; de quibus omnibus et singulis supradictis, dicti contrahentes et quilibet ipsorum quibus supra nominibus requisiverunt me notarium infrascriptum ut eis retinerem et conficerem duo publica instrumenta hujus et ejusdem tenoris et unicuique ipsorum unum restituerem. De eisdem expensis tamen, dicti feodatorii, quorum sit inter ipsos conventum, extiterat.

Acta fuerunt hec Tholose, die decima, mensis augusti, regnante domino nostro domino Karolo Dei gratia Francie rege, et domino Guauffredo archiepiscopo Tholosano eadem gratia existente, et anno ab incarnatione Domini millesimo tresentesimo septuagesimo secundo.

In presentia et testimonio domini fratris Petri Bresni dicte domus et Arnaldi de Astaraco carpentem de Sancto Sipriano testium ab promissa vocaturum specialiter et rogatorum, et Hugonis Fageta publicus Tholose notarius qui requisitus causam recepit dupplicatam, vice cujus et mandato ego Guillelmus Dotra clericus dictique magistri Hugonis substitutus et juratus tactam istam de libro seu de materia ejusdem non tamen cancellata, abstraxi, scripsi fideliter et grossavi veritatis substancia in aliquo non mutata.[…] Sed quia prefatus magister Hugo Fageta notarius predictus Monte Preventus publicus instrumentum signare non potuit, idcirco, ego Hugo Roverati publicus Tholose notarius ex potestate michi per dominos de Cappitulo Tholose super hoc atributa, facta prius collatione de premissis cum libro dicti notarii deffuncti hic me subscripsi et signo meo consueto signavi.

383

21 septembre 1377

Bertrande, veuve de feu Vital Benech, et Pierre Benech son fils, habitants du lieu de Balma, ont vendu à Jean de Gaillac, brassier de la colline de Cossaquo *de Toulouse, une pièce*

de terre composée d'un arpent et demi et quelques, situé dans la dépendance de Balma, dans le lieudit du Toron, pour la somme de 16 sous. Dans un acte inséré à la suite du premier et daté de la même année, Bernard de Luperia*, trésorier de l'Hôpital de Toulouse, approuve et loue cette vente puis, après avoir récupéré ses* pax*, donne à fief la terre aux acheteurs. Ceux-ci devront donner tous les ans aux frères de l'Hôpital sept sous d'oublies et 12 deniers de réacapte le cas échéant.*

A. Original, parchemin, ADHG, H Malte Toulouse 118, pièce 366.

Noverint universi quod Bertranda relicta Vitalis Benechi condam et Petrus Benechi ejus filius, habitatores loci de Balmario ambo insimul et quilibet tempora in solidum per se, de suis gratis, vendiderunt de titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis concesserunt Johanni de Galhaco brasserio de toro de Cossaquo, Tholose, ibidem presenti per se et suis stipulanti et recipienti, quandam peciam terre in qua dixerunt esse unum aripentum cum dimidio vel circa quam seu quod esse et se habere dixerunt in pertinentiis dicti loci de Balmario, loco dicto al Toron, inter honorem Bernardi de Petra Mala servientis dominorum de capitulo Tholosano ex parte una et honorem Sancti Johannis ex duabus partibus et iter publicum ex duabus partibus, et alios confines suos si qui fuit, cum omnibus juribus, deveriis et actionibus quibuscumque predicto honore proxime vendito et confrontato pertinentibus et pertinere debentibus quoque modo, et cum omni incremento vel melioramento si quod sit, quod ibi est vel esse poterit in futurum quamvis ultra dimidiam justi precii excederet pro omni voluntate dicti Johannis de Galhaco emptoris antedicti et suorum inde plenarie et perpetuo facienda ; et hoc in precio et nomine precii XVI sol. tol. quos a predicto emptore habuisse et recepisse recognoverunt et concesserunt integre in bona pecunia numerata, de quibus se habuerunt pro contentis, et de eisdem predictum emptorem publicem quitaverunt penitus et absolverunt. De que quidem venditione honoris supradicti superius venditi et confrontati, predicti venditores superius nominati et quilibet eorum in solidum promiserunt et convenerunt esse guirentes et facere et portare eidem emptori et ejus heredibus ac ordinio bonam et firmam guirenciam et evictionem omnimodam in judicio et extra de omnibus et singulis amparatoribus, petitoribus seu demanditoribus aliquid a modo in predicto honore superius vendito et confrontato aliquo jure, ratione, causa vel modo aliquo tempore in futurum, parte dominationis feudalis tamen excepta, et etiam de evictione teneri. Et hoc sub ypotheca et obligatione bonorum suorum omnium presentium et fututorum, et reffectione [dam]pnorum gravaminum et expansarum litis et extra ac etiam interesse et sub omni juris et facti renunciatione ad hoc necessaria qualibet et cautela ; pactum expressum nichilominus finem et reffutationem de aliquid ulterius non petendo et de non agendo ratione seu ocasione honoris supradicti superius venditi et confrontati seu ratione precii ejusdem superius expressati et declarati, facientes et concedentes predicti venditores superius nominati et quilibet eorum in solidum per se et suis predicto emptori presenti et ut supra stipulanti et recipienti perpetuum et reale. Et super hiis omnibus et singulis predicti, mater et filius venditores superius nominati et quilibet eorum in solidum renunciaverunt omni juris et facti auxilio cum quo seu quibus contra predicta vel aliquod de predictis in parte vel in solidum possent facere vel venire et se juvare deffendere vel tueri ullo modo in judicio sive extra aliquo tempore in futurum.

Et insuper predicti mater et filius, venditores superius nominati et quilibet eorum in solidum, gratis juraverunt super Sancta quatuor Dei evangelia eorum et cujuslibet[(a)] eorumdem manibus dextris corporaliter sponte tacta, predicta omnia et singula per ipsas de quemlibet ipsorum in solidum superius promissa facere, tenere et complere de nunquam contra facere, nec venire per se nec per alios ullo modo in judicis sive extra aliquo tempore in futurum.

Actum fuit hoc Tholose, die vicesima prima mensis septembris, domino Karolo Dei gratia Francie rege regnante, sede Tholose vacante, anno ab incarnatione Domini millesimo tressentesimo septuagesimo septimo.

Hujus rey sunt testes Raymundus [...] serviens Tholose regius, et Guillelmus Fargas habitator de Quinto et Bernardus Columbi publicus Tholose notarius qui requisitus cartam istam recepit.

Item, anno, die et regnante quibus supra, religiosus vir frater Bernardus de Lupperia thesaurarius ordinio Sancti Johannis domus Tholose, dominus nomine quo supra feudi honoris supradicti, predictam venditionem predicto emptori laudavit et predictum honorem eidem ad feudum dedit et concessit, de eidem guirenciam ex parte dominationis feudalis quo supra nomine portare promisit et convenit pro suis pax quas inde a predicto [empto]re et feudotario habuisse recognovit de quibus se habuit pro contento. Sub tali tamen pacto et conditione dictus dominus thesaurarus predictam venditionem predicto emptori publici laudavi[t...] dictum honorem eidem ad feudum dedit et concessit ut dictus feudotarius et ejus heres seu ordinium det et solvat ac etiam servat et dare et solvere ac etiam servire teneatur eidem [...] qua supra anno quolibet in futurum in festo Omnium Sanctorum pro obliis et nomine obliarum totius feudi predicti septem sol. tol. Et duodecim d. tol. pro retroacapite quando evenerit videlicet tam per mortem domini prioris dicte domus Sancti Johannis quam feudotario. Et XII d. tol. justiciam si dictus feudotarius fuerit legitime inculpatus. Et tali pacto etiam quod dictus feudotarius nec ejus seu ordinium non possit nec valeat predictum honorem sive feudum dare ad feudum, nec ad superfeudum, nec vendere, nec inpignorare clerico, militi, domibus seu hospitalibus, nec domibus religionem, nec locis, nec personis privilegiatis nec aliter a se alienare propter quod dictus dominus thesaurarius nomine quo supra posset inde perdere suos pax nec aliquid dominationum suarum predictarum nisi hoc faceret de voluntate ejusdem domini thesaurarii quid inde habeat et habere debeat de quolibet solido vende seu venditionis unum d. et de quolibet solido pignoris sive inpignorationis unum obolum. Cum quibus pactis conditionibus et conventionibus superius expressatis et declaratis, dictus feudotarius predictum honorem sive feudum a dicto domino thesaurario nomine quo supra recepit et eidem nomine qua supra predictas oblias et alias dominationes superius expressatas et declaratas facere et servire promisit et convenit prout evenerint in futurum prout superius est expressum et hoc sub ypotheca et obligatione dicti feudi.

Hujus laudimium sunt testes Johannes Johannis, Bernardus Alexandri et Petrus Benechi habitatores loci de Balmario et Bernardus Columbi publicus Tholose notarius qui requisitus de predicto laudamento cartam istam recepit dupplicatam.

(a) "*Cujuslilibet*" dans le texte.